Harless D.

NOSOLOGIA HISTORICA

EX

MONVMENTIS MEDII AEVI LECTA

ANIMADVERSIONIBVS HISTORICIS

AC MEDICIS ILLVSTRATA

EDIDIT

D. CHRISTIAN. GOTHFR. GRVNER

SERENISS. DVC. SAXO-COBVRG. ET SALFELD. A CONSIL. AVL. SECRET. ET ARCHIAT. SERENISS. DVC. SAXO-VINAR. ET ISENAC. A CONSIL. AVL. PROF. MED. ORD. IN VNIVERS. LITT. IENENSI ACAD. CAES. NAT. CVRIOS. ET REG. FLORENT. SODALIS REL.

IENAE

IN BIBLIOPOLIO ACADEMICO

1795.

VIRO

PERILLVSTRI EXCELLENTISSIMO

EXPERIENTISSIMO

D. IOANNI GEORGE HASENÖRHL

S. R. I. NOBILI AB LAGHVSIO

SACRAE CAESAREAE ET REGIAE MAIESTATIS CONSILIARIO AVLICO ET ARCHIATRO ACTVALI ACADEMIAE CAESAREAE NATVRAE CVRIOSORVM ALIARVMQVE SOCIETATVM LITTERARIARVM SODALI REL.

HANC

NOSOLOGIAM HISTORICAM

HONORIS OBSERVANTIAE

PII GRATIQVE ANIMI TESTIFICANDI CAVSSA

D. D. D.

IENAE SAXONVM

VI. CALEND. APRIL.

CIƆIƆCCLXXXXV.

CVLTOR OBSERVANTISSIMVS

D. CHRISTIANVS GOTHFRIDVS GRVNER.

INDEX AVCTORVM ET CHRONICORVM.

XVIIII.

PRAEFATIO.

Non eget laude vel commendatione noſtra hiſtoriae ſtudium. Etenim et bene inſtruit lectores iis, quae ante facta, dicta, ſcripta fuerunt, et ſuauiter recreat animos legentium, dum, tanquam in tabula expreſſas maiorum imagines, ſpectant, et fortiter impellit ad imitandum praeclara facinora, ad reprobanda male facta ſcilicet. Hiſtoria duce ac magiſtra, nihil noui ſub ſole fieri perſpicimus. Semper fuit idem rerum fatorumque ordo, eadem hominum peruerſitas, licentia et habendi cupido, idem animorum feruor ac furor, idem nationum mutuum

A odium.

odium. Non ſtupet hiſtoriae ſciens Gallorum auſa, non perhorreſcit rapinas, clades, vaſtationes igne ac ferro factas, non miratur grandiſona glorioſi militis vel oratoris verba, non credit hoſtis in horam mutabilis, tempori ſeruientis et exlegis blandiloquiis. Fuerunt inde a vetuſtiſſimis temporibus iidem Francorum mores, eadem animorum leuitas et mobilitas, vt modo eſſent in obſequia erga reges proniſſimi et ad quaeuis perferenda paratiſſimi, modo iterum altos ſpiritus ſumerent, regesque infanda manu occidendos curarent, ſpei pleni, quaſi re bene geſta, io triumphe canerent.

Lege Gregorivm Tvronensem, eosque iis ſimillimos inuenies, qui hodie velut in rabiem acti auitum rerum ordinem vbique terrarum peruertere audent, tyrannicidae eſſe ac videri cupiunt. Chilpericvs rex *) et tyrannus iuſſit, *vt ſancta trinitas non in perſonarum diſtinctione, ſed tantum deus nominaretur.* Regni raptores et vſurpatores iubent, vt nemo deum ſuum auito more ac reueren-

*) Hiſt. Francor. Baſil. 1568. Lib. V. 44. p. 169.

merenter colat, deum non dari praeter naturam publice professi. Erat ea Gothorum *) consuetudo, *vt, si quis eis de regibus non placuisset, gladio eum adpeterent, et qui libuisset animo, hunc sibi statuerent regem.* Recentissimi reipublicae moderatores et idem faciunt, et *Francos* **) *vtiliores muneribus mollitos sibi subdunt*, exteros pollicitationibus, numis et iure ciuitatis perduelles faciunt. Communia erant priscorum Francorum vitia, dissidia regum et nationis mutua, bella ciuilia, latrocinia, veneficia, incendia, mortes infandae, horrendae ac crudelissimae poenae, caedes miserorum inter altaria, opum alienarum rapinae, fides nulla, nec publica, nec priuata, hinc periuria crebra. Erant etiam iuris gentium ignari aut spretores ***), omniaque sibi licere putabant, quae e re esse videbantur.

*) Ib. L. III. 30. p. 138.

**) Ib. L. IV. 22. p. 168.

***) Vide pictorem peregregium Cl. Krause *Geschichte der wichtigsten Begebenheiten des heutigen Europa*, *B.* 2. *S.* 350. *f.*

Haec aliaque legentibus nobis nihil eſt reliquum, niſi vt lugeamus tempora, in quae deus nos reſeruauit, doleamus fata gentium et crudeliſſima facta, quibus hoſti parcere per edicta miles prohibetur, miſereamur ciuium, qui nouarum rerum ſtudio abrepti, falſa libertatis potiundae per Francogallos ſpecie occaecati, blandis ſcriptorum lenociniis ad partes attracti, publice priuatimque in reges inuehuntur, famam libellis famoſis lacerant, fidem religioſe datam perdunt, patriam temerario auſu prodere geſtiunt, infortunia imperatoris et ſociorum mirifice augent et iactant, aduentum hoſtium anxie exſpectant, oculis praeoccupando bonorum ciuium facultates, ſingulos neci infami adſignando, religionem et ſacra ſpernendo. Nec hoc perditiſſimo rerum ſtatu peſſimoque hominum confluxu eo peruentum eſt, vt de meliori fato deſperemus. Fortuna belli fluxa et mutabilis eſt, ſupereſt deus rerum fatorumque moderator, ſcelerum vindex, quem profanum illud vulgus odit, non dari optat, a Francogallis ex animis hominum ereptum, e templis expulſum iri ſperat, eſt denique in bono quoque quaedam futuri

prae-

praesensio, quae principum patriaeque amorem dimittere vetat, inultos mori non sinit. De reliquis videant politici.

Historiae cognitio vt in genere liberat a praeiudiciis et falso metu, quo temere anguntur, qui non, nisi ea prospectant, quae ad manus sunt, ita etiam medicis vltra formulas et praecepta magistrorum sapientibus exhibet largum morborum spicilegium. Solent historici, dum res suo aeuo gestas narrant, studio dataque opera immiscere valitudinis publicae conditionem, populorum miserias, morborum genera, et possunt medici exinde discere *morborum antiquitates*, naturam ad viuum expressam vel leuiter adumbratam legere. Insunt in monimentis medii aeui varia, quae ad medicos proprie pertinent, medicorum curam et operam desiderant, sed perpauci sunt, qui spinosa dumeta caedere, libros horrido dicendi genere scriptos euoluere ac versare gestiant. Malunt esse sine varia et multiplici doctrina, quam abundare bonis, quae etiamsi medicum non faciunt, ornant tamen, et doctis viris gratum, posteris honoratum reddunt.

Visum ergo est, data commoda per officium scribendi occasione, mittere ea argumenta, in quibus occupantur plures et annis, et meritis graues, et paullo latius exspatiari in alio campo, eas resumendo particulas, quae in morbis versantur, neque a multis euoluuntur ob temporis angustias vel abhorrentem studiorum formam. Constitutum est exemplis docere *nosologiam historicam*, id est, exhibere morborum narrationem verbis cuiusque auctoris expressam, quem nancisci potui, et, vbi opus videatur, leuiter explicare sensum vel morbi naturam. Sic licebit et oblectari, et prodesse multis, et nullius obesse famae.

I.

GREGORIVS TVRONENSIS *)

Infelix **) quidam episcopus, nomine REVOCATVS, eo tempore est reuocatus a fide catholica. Tunc et sol teter ***) apparuit, vt vix

*) GREGORII TVRONICI *Historiae Francorum libri decem - Basil. per Petrum Pernam* 1568. 8. Claruit sub rege CHILPERICO (ib. p. 47. p. 272.) et CHILDEBERTO, secundum *Trithemium* sub *Mauritio Imp.* a. 600. at vero secundum *Saxium* (Onomast. literar. P. II. p. 57.) a. 572. *archipraesul Turonensis* electus, mortuus a. 595. testis rerum gestarum oculatus, ergo fide dignissimus, stilo horrido vsus, qualis fere chronicorum esse solet, miraculorum ex superstitione seculi amans.

**) Hist. II. 3. p. 50.

***) Vid. de his *Hist. Exempel was auf die meisten Cometen erfolget von Cardilucio. Nürnb.* 1681. *p.* 56. *seq.*

vix ab eo pars vel tertia eluceret, credo namque pro tantis ſceleribus et effuſione ſanguinis innocentis. HONORICVS vero poſt tantum facinus arreptus a *daemone* *), qui diu de ſanctorum ſanguine paſtus fuerat, propriis ſe morſibus laniabat, in quo etiam cruciatu vitam indignam iuſta morte finiuit. —

CHILDERICVS **) Aurelianis pugnas egit, ODOVACRIVS vero cum Saxonibus Andegauos venit. Magna tunc *lues* ***) populum deuaſtauit. —

Anno tertio †) epiſcopatus ſui (FRANCILIO), cum dominici natalis nox alma populis effulſiſſet, idem pontifex, priusquam ad vigilias deſcenderet, iuſſit ſibi *poculum*

*) *Daemone* i. e. mania. GARIOPONTVS (Ad totius corporis Aegritudines remediorum πραξεων L. V. Baſil. 1531. L. I. c. 11. p. 9. b.) hanc ſpeciem maniae dicit *anteneaſmon. Irritantur*, inquit, *tanquam maniaci, et in ſe manus iniiciunt — ſubito arripientes gladium percutiunt ſe aut alios, morſibus ſe et alios attrectare non dubitant. Hos latini percuſſores, alii dicunt daemonis legiones eſſe, vt, dum eos arripiunt, vexent et vulnerent.*

**) Hiſt. II. 18. p. 72.

***) Ap. GREGOR. et ſeriores hiſtoricos *lues* idem eſt, quod *morbus epidemicus* recentiorum.

†) Hiſt. III. 17. p. 129.

lum *) miniſtrari. Adueniens autem puer ſine mora porrexit. Quo hauſto, mox ſpiritum fudit. Vnde indubitatum eſt *veneno* eum fuiſſe necatum. —

Erant **) ſub Arriana ſecta viuentes, et quia conſuetudo eorum eſt, vt ad altarium venientes de alio calice reges communicent, et de alio populus minor, *venenum in calice* ***) illo poſuit (filia), de quo mater communicatura erat. Quo illa hauſto protinus mortua eſt. Non enim dubium eſt tale maleficium eſſe de parte diaboli. — Hic vero (THEODADVS) cum didiciſſet, quae meretrix iſta commiſerat, qualiter propter ſeruum, quem acceperat, in matrem extiterat *parricida*, ſuccenſo vehementer *balneo*, eam in eodem cum vna puella includi praecepit. Quae nec mora, inter arduos *vapores* †) ingreſſa, in pauimento corruens, *mortua* atque conſumta eſt. —

 THEO-

*) *Poculum* ſaepe ponitur pro *veneno*.

**) Hiſt. III. 31. p. 139.

***) Talia veneficia *per calicem* ſub his temporibus crebra, medici et clerici curabant *per potiones*.

†) Recentiori aetate caloris cubiculorum vis curatius explorata ſuffocationem inde fieri docuit. Cf. *Blagden* Phil. Tranſact. T. 65. P. I. p. 111. et *Crell. Verſuche über das Vermögen der Pflanzen und Thiere, Wärme zu erzeugen und zu vernichten. Helmſt.* 1778.

Theodobertvs †) in Italiam abiit, et exinde multum acquiſiuit. Sed quia *loca* illa, vt fertur, *morbida* ††) ſunt, exercitus eius in diuerſis *febribus* conruens vexabatur. Multi enim ex his in illis locis mortui ſunt. —

Tunc caedentes eum (Parthenivm †††) pugnis ſputisque perungentes, vinctis poſt tergum manibus ad columnam, lapidibus obruunt. Fuit autem *in cibis valde vorax* *), ſed quae ſumebat, quo celerius ad manducandum commoueretur, ſumto aloe, velociter digerebat, ſed et ſtrepitus ventris absque vlla auditorum reuerentia in publico emittebat. Hoc ergo exitu conſummatus interiit. —

Cavtinvs **), adſumto epiſcopatu, talem ſe reddidit, vt ab omnibus execraretur, *vino* vltra modum deditus. Nam plerumque in tantum infundebatur *potu*, vt de conuiuio

†) Hiſt. III. 32. p. 140.

††) i. e. peſtifero aere infecta, hinc febris epidemica putrida.

†††) Hiſt. III. 36. p. 143.

*) i. e. bulimo laborabat. Aloen appetitum augere maiores ſtatuebant.

**) Hiſt. IV. 12. p. 153. ſeq.

uiuio vix a quatuor portaretur. Vnde factum eſt, vt *epilepticus* *) fieret in ſequenti: Quod ſaepius populis manifeſtatum fuit. — Erat tunc temporis Anastasivs presbyter, ingenuus genere, qui per chartas glorioſae memoriae Chrothildis reginae proprietatem **) aliquam poſſidebat. — Eam epiſcopus — ad vltimum inuitum vrbi exhiberi praecepit ibique impudenter teneri, et niſi inſtrumenta daret, iniuriis adfici et *fame necari* ***) iuſſit. — Tunc ex iuſſu epiſcopi traditur cuſtodibus, vt, niſi has chartulas proderet, fame necaretur. Erat enim ad baſilicam ſancti Cassii martyris crypta antiquiſſima abditiſſimaque, vbi erat ſepulchrum magnum ex marmore Pario, in quo grandaeui cuiusdam hominis corpus poſitum videbatur. In hoc ſepulchro ſuper ſepultum viuens presbyter ſepelitur operiturque lapide, quo prius ſarcophagum fuit obtectum, datis ante oſtium cuſtodibus.

Sed cuſtodes fidi, quod lapide premeretur, cum eſſet hiems, accenſo igne, vino ſopiti calido obdormiunt. At presbyter, tan-

*) *Epilepſia vinoſa* etiam nunc frequens eſt.

**) i. e. poſſeſſionem.

***) Mors ab fame hisce temporibus ſollemnis poena erat, crudelior, cum viuus putreſcenti corpori imponeretur.

tanquam nouus IONAS velut de ventre inferi, ita de conclusione tumuli domini misericordiam flagitabat. Et quia spaciosum erat, vt diximus, sarcophagum, etsi se integrum vertere non poterat, manus tamen in parte, qua voluisset, libere extendebat. Manabat enim *ex ossibus mortuis*, vt ipse referre erat solitus, *foetor letalis* *), qui non solum externa, verum interna viscerum quatiebat. Cumque pallio aditus narium obseraret, quamdiu flatum **) continere poterat, nihil pessimum sentiebat. Vbi autem se quasi suffocari putabat, remoto paullulum ab ore pallio, non modo per os aut per nares, verum etiam per ipsas, vt ita dicam, aures odorem pestiferum hauriebat. Quid plura? Quando diuinitati, vt credo, condoluit, manum dexteram ad spondam sarcophagi tendit reperitque vectem, qui, decedente opertorio, inter ipsum ac labium sepulchri remanserat. Quem paullatim commouens sensit, cooperanti dei adiutorio, lapidem amoueri. Verum vbi ita remotus fuit, vt presbyter caput foras educeret; maiorem, quo totus egrederetur, aditum liberius patefecit. Interea, operientibus nocturnis tenebris

*) i. e. odor cadauerosus, qualis putrescentium esse solet.

**) i. e. spiritum.

nebris diem, nec adhuc vſquequaque diffuſis, aliud cryptae oſtium petit: Erat enim ſeris fortiſſimis clauisque firmiſſimis obſeratum, verum tamen non erat ita laeuigatum, vt inter tabulas aſpicere homo non poſſet. Ad hos aditus presbyter caput reclinat, aduertitque hominem viam praetereuntem. Hunc, licet voce tenui, vocat. Exaudit ille, nec mora, ſecurem manu tenens ſudes ligneas, quibus ſerae continebantur, incidit, aditumque presbytero patefecit. —

CHRAMNVS *) apud Aruernos diuerſa, vt diximus, exercebat mala, ſemper aduerſus CAVTINVM epiſcopum inuidiam tenens. Eo tempore grauiter aegrotauit, ita, vt *capilli* eius *a* nimia *febre deciderent* **). — Hic (LEO) fertur quadam vice dixiſſe, quod MARTINVS et MARTIALIS, confeſſores domini, nihil fiſci viribus vtile reliquiſſent. Sed ſtatim percuſſus a virtute confeſſorum *ſurdus*

*) Hiſt. IV. 16. p. 160. ſeq.

**) Hoc a debilitate poſt febres commune vitium eſt, neque rarae auctorum hiſtoriae. Pluries poſt febrem ſuperatam et venerem nimiam obſeruatur, totius corpotis (*Breslauer Geſchichte* XI. p. 210.) ex cutis raritate SOLENANDER (Conſ. I. Sect. 1.) in ſyncipite SEBIZ. Med. Pract. P. II. Sect. I. p. 224. ſeq. ſcripſit.

ſurdus et *mutus* effectus, *amens* *) eſt mortuus. —

Cum CHRAMNVS ita eum (AVSTRAPIVM ducem **) conſtringi iuſſiſſet, vt nullus illi alimenta praebere praeſumeret, et ita arctius cuſtodiretur, vt nec aquam quidem ei haurire liceret, quo facilius compulſus inedia ipſe ſponte ſua de baſilica ſancta periturus exiret, accedens quidam vaſculum illi cum aqua ſemiuiuo detulit ad potandum. Quo accepto, velociter iudex loci aduolauit, ereptumque de manu eius terrae diffudit. Quod velox dei vltio et beati antiſtitis virtus eſt ſubſecuta. Ea namque die iudex, qui iſta geſſerat, *correptus a febre* ***) nocte media expirauit. —

Confligentibus †) igitur pariter, Britannorum comes terga vertit, ibique et cecidit, denique CHRAMNVS fugam iniit naues in mari paratas habens, ſed dum vxorem et filias ſuas liberare voluit, ab exercitu patris oppreſſus, captus atque ligatus eſt. Quod

*) A vehementiſſimo affectu ſcilicet poſt rixas praegreſſas et terrorem. Cf. SCHEIDEMANTEL *Die Leidenſchaften, als Heilmittel*, p. 43. maximeque p. 47. 48.

**) Hiſt. IV. 18. p. 164.

***) Propter iram vel terrorem; *v. Swieten* Comm. T. III. p. 365.

†) Hiſt. IV. 20. p. 167.

Quod cum CHLOTHARIO regi nunciatum fuiſſet, iuſſit eum cum vxore et filiabus igni conſumi, incluſisque in tugurio cuiusdam pauperculae, CHRAMNVS ſuper ſcamnum extenſus *orario* *) *ſuggillatus* eſt, et ſic, poſtea ſuper eos incenſa caſula, cum vxore et filiabus interiit. —

Rex CHLOTHARIVS **) — cum multis muneribus limina beati MARTINI expetiit — orans cum grandi gemitu. — Exin regreſſus — dum in Cotia ſilua venationem exerceret, a *febre* ***) corripitur, et exinde Compendium villam rediit, in qua cum grauiter vexaretur a febre, aiebat: Vua, quid putatis? Qualis eſt ille rex coeleſtis, qui ſic tam magnos reges interficit? In hoc enim taedio poſitus ſpiritum exhalauit.

Aemula †) MARCATRVDIS poſt habitum filium (GVNDOBALDVM) in huius mortem graſ-

*) *Orarium* i. *ſudarium*, *quo os abſtergitur. Du Freſne* Gloſſar. T. V. p. 53. ed. Hal. *Sugillare* vel *ſuggillare* eſt *ſtrangulare*. Illuſtrat ipſe auctor L. III. 2. hoc mortis genus. *Dormienti orarium ſub collo poſitum ac ſub mento ligatum, trahentibus ad ſe inuicem duobus pueris, ſuggillatus eſt.*

**) Hiſt. IV. 21. p. 168.

***) Ab inſudatione, cui ſuperacceſſerat refrigeratio corporis, et verba ſunt deliri hominis.

†) Hiſt. IV. 25. p. 170.

graſſatur, et transmiſſum, vt aiunt, *venenum in potum* *) ei dari curauit. —

Iam vero **), adueniente ipſa clade, tanta ſtrages de populo illo facta eſt per totam regionem illam, vt nec numerari poſſit, quantae ibidem ceciderint legiones. Nam cum iam ſarcofagi aut tabulae defeciſſent, decem aut eo amplius in vna foſſa ſepeliebantur. Numerata ſunt autem quadam dominica in vna beati PETRI baſilica trecenta defunctorum corpora. Erat enim et ipſa mors ſubita. Nam cum naſcente *in inguine* ***) aut *in aſcella* †) *vulnere* in modum ſerpentis, ita interficiebatur homo ille a veneno, vt die altera aut tertia ſpiritum exhalaret. Sed et ſenſum vis illa veneni auferebat ab homine. Tunc et CATO presbyter mortuus eſt. Nam cum de hac lue multi fugiſſent, ille tamen populum ſepeliens et miſſas dicens viritim nunquam ab eo loco diſceſſit.

Erat

*) Ergo aquam Toffanam ante Toffanam, vetuſtiſſimam apud Francos venenandi rationem.

**) Hiſt. IV. 31. p. 179.

***) i. e. febre peſtilente, in qua creber eſt *bubo*, hinc ab aliis *peſtis inguinaria* dicta.

†) *Aſcella*, *aſella*, *aſcilla*, *axella*, Germ. Achſel ſecundum ISIDORVM (*Du Cange* l. c. T. I. p. 404.) *locus ſub brachio.*

Erat *) tunc tempus, quo ferebant ibi *tegulas aeris incisas pro auro*, quas quisque videns non dubitat aliud, nisi quod aurum probatum atque examinatum esset. Sic enim coloratum ingenio, nescio, quo fuit, vnde nonnulli hoc dolo seducti *aurum dantes* et *aes accipientes* pauperes facti sunt. —

Quibus acceptis **), et gratias agens abscessit ad domum suam, et statim iussit elidi arborem, truncatamque columnam eius per capita cuneo scissam praecepit excauari, effossaque in altitudine trium aut quatuor pedum humo, deponi vas iubet in foueam, ibique puellam, vt mortuam, componens, desuper iactari praecepit, positoque opertorio, *fossam humo repleuit*, sepeliuitque eos viuentes. — Quae cum sacerdoti nunciata fuissent, cucurrit velociter, et increpans hominem vix obtinuit, vt detegerentur. Verumtamen puerum viuum extraxit, puellam vero reperit *suffocatam* ***). —

Ni-

*) Hist. IV. 37. p. 187. Locus satis perspicuus ad χρυσοποιιαν veterem pertinens, et ad confirmandam *Wieglebii* sententiam, metallum fuisse coloratum, non mutatum. v. Hist. krit. Untersuch. der Alchemie, p. 158. seq. maximeque p. 187. et Geschicht. d. Wachsthums u. Erfind. in der Chemie S. 70. sequ.

**) Hist. V. 3. p. 205.

***) Eadem mors, qua operarii, molibus subrutis, perire solent.

Nihil ex his *) ille reformidans — domum ipſam, quae clauis adfixa erat, diſſecat. — Sed dum haec RUCCULENUS agit, a deo percutitur, *morboque regio* **) croceus effectus mandata aſpera remittit. — Denique hic poſt crucem, praecedentibus ſignis equo ſuperpoſitus ferebatur. Verum vbi baſilicam ſanctam introiit, mox *furor* minantis intepuit, regreſſusque ab eccleſia *nihil cibi* ea die *accipere* ***) potuit. Exinde cum valde *anhelus* eſſet, Pictauum abiit. Erant enim dies ſanctae quadrageſimae, in qua foetus cuniculorum †) ſaepe comedit. Diſpoſitis vero actionibus — pridie animam reddidit. —

Quae ††) dum aguntur, ipſe, quia iam diu *epilepticus erat*, ab hoc morbo correptus, aſperius extra ſenſum factus et per dies

*) Hiſt. V. 4. p. 207.

**) An a ſpaſmo poſt aeſtuationem et refrigerationem ortus morbus regius in corpore praediſpoſito? cf. SCHEIDEMANTEL l. c. p. 171. An ab indignatione?

***) Deglutitio impoſſibilis poſt iram vel ab conſenſu repetenda, cum ſine bilis redundantia in inteſtinis eſſe nequeat, vel a ſpaſmo, cum ipſe *anhelus* eſſet, (cf. SCHEIDEMANTEL l. c. p. 159.) vel a paralyſi partiali.

†) De hac vid. Gloſſar. Du Fresne. T. V. p. 533. ed. Hal. vbi *quadrageſimales cibi* memorantur i. e. liciti, ad quos cuniculorum caro non videtur pertinuiſſe.

††) Hiſt. V. 5. p. 209. Epilepſia recrudeſcens letalis

dies duos aſſidue dans mugitum, tertia die ſpiritum exhalauit. —

Anno octauo *) epiſcopatus ſui, — quadam nocte dormienti apparuit illi (PAPPOLO) b. TETRICUS vultu minaci. — Et haec dicens virgam, quam habebat in manu, pectori eius cum ictu valido impulit. In quo ille euigilans, dum cogitat, quid hoc eſſet, ficta in loco illo defigitur, ac dolore maximo cruciatur. Abhorret cibum potumque, et mortem iam ſibi proximam praeſtolatur. Quid plura? Tertia die cum *ſanguinem ore proiiceret* **), exſpirauit, —

LEONASTES Biturigis archidiaconus ***), decidentibus *cataractis*, lumine caruit oculorum. Qui cum per multos medicos ambulans nihil omnino viſionis recipere poſſet, acceſſit ad baſilicam beati MARTINI, vbi per dies aut tres menſes conſiſtens et ieiunans †) aſſidue, lumen vt reciperet, flagitabat. Adueniente autem feſtiuitate, clarificatis

*) Hiſt. V. 5. p. 211.

**) Poſt paucrem in ſomno et terrorem haemoptyſis, cuius exempla poſt alios dedit SCHEIDEMANTEL ib. p. 25.

***) Hiſt. V. 6. p. 212.

†) Caecitatem ex primis viis auctores memorant-potuit ergo abſtinentia et bona victus ratione minui, improuiſa ventoſarum applicatione reuocari, ob debilitatem non tolli.

tis oculis, cernere coepit. Regreſſus quoque domum, vocato quodam Judaeo, ventoſas, quorum beneficio oculis lumen augeret, humeris ſuperponit. Decedente quoque ſanguine, rurſus in recidiuam caecitatem redigitur. Quod cum factum fuiſſet, rurſum ad templum ſanctum regeſſus eſt, ibique iterum longo ſpatio comoratus lumen recipere non meruit. —

Fuit *) in Bituriaco termino reclauſus nomine PATROCLUS — vir magnae *abſtinentiae*, qui plerumque ab *inedia* **) diuerſis incommodis vexabatur. Vinum, ſiceram vel omne, quod inebriare poteſt, non bibebat praeter aquam parumper melle linitam, ſed nec pulmento aliquo vtebatur. Cuius victus erat panis in aquam infuſus atque ſale *reſperſus*. Huius oculi nunquam caligauerunt — *Frigoriticis puſtulis* ***) laborantibus vel reliquis morbis ſaepe per orationem

*) Hiſt. V. 10. p. 214.

**) Fere ab inteſtinis vacuis et irritatis repetenda ſymptomata oculorum, claritas bonae diaetae comes.

***) *Frigoriticus morbus* pro ipſa *febre* v. *Du Cange* Gloſſ. T. III. p. 678. et GREGOR. dic. *frigoreticos* i. e. febricitantes, videntur ergo *frigoreticae puſulae* eſſe *puſiulae poſt rigorem effloreſcentes*, quae iterum deſidunt exſiccando.

nem remedia conferebat. — Cilicium *) ſemper puro adhibebat corpori, qui octogenaria aetate abſcedens a ſeculo migrauit ad CHRISTUM. —

GAILENUM **) adprehenſum, abſciſſis manibus et pedibus, aurium et narium ſummitatibus, et aliis multis cruciatibus adfectum infeliciter necauerunt, GRINDIONEM quoque intextum rotae in ſublime ſuſtulerunt, GUCILIONEM abſciſſo capite interfecerunt. —

JUSTINUS ***) — *amentiam*, quam incurrerat, cum vita finiuit. —

Haec prodigia †) grauiſſima *lues* eſt ſubſecuta. Nam diſcordantibus regibus et iterum

*) Tranſpirationem concitat et auget, hinc mirifice iuuat eos, qui arthritide, rheumatiſmo, podagra laborare et alia integumenta cutim irritantia ſuperhabere. Solent hinc cucullati monachi eſſe longe ſaniſſimi. Veterem morem reuocare videntur Angli. v. VAVGANS Verſuch über moderne Kleidung, S. 109.

**) Hiſt. V. 18. p. 236. Exempla poenarum crudeliſſimarum ſub hoc tempore ſumtorum ſcilicet.

***) Hiſt. V. 30. p. 248. Solent amentes raro reſipiſcere, praeſertim ſi poſt animi motus tales facti ſunt.

†) Hiſt. V. 34. p. 252. ſeq. Hic aperte *lues* cum dyſenterico morbo copulata, facit *dyſenteriam epidemicam biliofam*, vtplurimum cum febre intermittente vel continua iunctam, teſte ac auctore ROLLO. v. Neue Bemerk. über die mit Fieber verbund. Ruhr c. 4. p. 50.

rum bellum ciuile parantibus, *dyſentericus morbus* pene Gallias totas praeoccupauit. Erat enim his, qui patiebantur, valida cum vomitu febris renumque nimius dolor, caput graue vel ceruix, ea vero, quae ex ore proiiciebantur, colore croceo aut certe viridia erant. A multis autem adſerebatur venenum occultum *) eſſe. Ruſticiores vero *corales* hoc *puſulas* **) nominabant, quod non eſt incredibile, qua miſſae in ſcapulis ſiue cruribus ventoſae, procedentibus erumpentibusque veſicis, decurſa ſanie, multi liberabantur, ſed et herbae, quae venenis medentur, potui ſumtae pleriſque praeſidia contulerunt. Et quidem primum haec infirmitas a menſe Auguſto ***) initiata paruulos adolesſcentes arripuit letoque ſubegit. Perdidimus dulces et charos nobis infantulos, quos aut gremiis fouimus, aut vlnis baiulauimus, aut propria ma-

*) *Venenum occultum* i. e. miaſma, quod in dyſenteria epidemica fere ſubeſſe ſolet. Birnstiel de Dyſenteria liber, Manh. 1786. Sect. VII. p. 243. dic. *exſuperantem aeris hepatici copiam*.

**) Sollemne dyſenteriae epidemicae initium.

***) *Coralis* ap. Du Cange Gloſſar. T. II. p. 714. per *regionarius* explicatur, *corales* ergo *puſulae* forent *puſulae loco certo efflorеſcentes*. Neque rara ſunt exanthemata dyſentericorum ab humoris acris reſorbtione. Aliter ſentit Cl. Sprengel (Beitraege zur Geſchichte d. Medicin, 1. B. 1. St. n. 2. p. 27.) ſub ſpecie dyſenteriae peſtem latuiſſe ſcribit.

manu miniſtratis cibis ipſos ſtudio ſagaciore. — Igitur in his diebus CHILPERICUS rex grauiter aegrotauit. Quo conualeſcente, filius eius iunior aegrotare coepit. — Quo parumper melius egente, frater eius ſenior, nomine CHLODOBERTUS, ab hoc morbo corripitur. — Poſt haec infantulus iunior, dum nimio labore tabeſcit, extinguitur. —

His diebus *) AUSSRIGILDIS, GUNTCHRAMNI principis regina, ab hoc morbo corripitur, ſed priusquam nequam ſpiritum exhalaret, cernens, quod euadere non poſſet, alta trahens ſuſpiria voluit leti ſui habere participes, agens, vt in exequiis eius aliorum funera plangeretur. Fertur enim Herodiano more regem petiiſſe, dicens, adhuc ſpes viuendi fuerat, ſi non inter iniquorum medicorum **) manus interiſſem. Nam potiones ab illis acceptae mihi vi abſtulerunt vitam, et fecerunt me hanc lucem velociter perdere. — Rex duos medicos, qui ei ſtudium adhibuerant, gladio feriri praecepit. — Hac ita-

*) Hiſt. V. 35. 36. p. 54. ſeq.

**) Erat moris apud Arabes medicos bene curantes praemiis ornare, male curantes neci tradere, interdum etiam ex cacumine montium praecipites agere, vt nuper famoſus JOURDAIN apud Aueniorienſes (v. Abu Oſaibah. De Vitis medicorum Arabum.) cf. Cl. ACKERMANNI Inſtit. Hiſt. Med. c. 27. p. 283.

itaque aegritudine et NANTINVS, Engolisinensis comes, exinanitus interiit. —

Denique MARCHARIUS — iniecto ab inimicis in caput *piscis veneno*, simpliciter accipiens crudeliter enecatur. — Post paucos vero menses (NANTINUS) a supradicto morbo corripitur. Qui nimia exustus febre *), clamauit — mortem deprecor, ne diutius excrucier hoc tormento. Haec cum maxima in febre clamaret, deficiente robore corporis, infelicem animam fudit, indubia relinquens vestigia hoc ei ad vltionem beati antistitis euenisse. Nam exanimum corpus ita nigredinem duxit, vt putares eum prunis superpositum fuisse combustum. —

Magna eo anno **) in Hispaniis Christianis persecutio fuit. — Caput quoque huius sceleris GOISUINTHA fuit. — Ipsa est omnibus populis facta notabilis. Nam vnum *oculum nubes alba contegens* lumen, quod mens non habebat, pepulit a palpebris. —

Post haec ELAFIUS ***) — correptus a *febre* nimia spiritum exhalauit. — Qui (EONIUS) Parisios aduenìens, dum die dominica sacrosancta

*) Transiit in inflammationem intestinorum, hinc certissima mors et gangraenosus color.

**) Hist. V. 38. p. 258. Leucoma s. albugo oculi chirurgorum.

***) Hist. V. 40. p. 262.

ſancta ſolennia celebraret, emiſſa cum hinnitu voce terrae conruit. *Erumpente* vero *ab ore* eius *et naribus ſanguine* *), inter manus deportatus eſt, ſed conualuit. Nimium enim vino deditus erat, et plerumque ita deformiter inebriabatur, vt greſſum facere non valeret. —

Adſerebant **) quidam et coelum ardens ſe vidiſſe. Liger fluuius maior ab anno ſuperiore fuit, poſtquam ei Caris torrens ſe adiunxit. Ventus auſter nimium violenter cucurrit, ita, vt ſiluas proſterneret, domos erueret, ſepes efferret, ipſosque homines ad internecionem vſque volutaret. — Luna contenebricata eſt, et cometes ſtella apparuit. Grauis autem *lues in populo* ***) ſubſecuta eſt. —

Maurilio ****) — epiſcopus grauiter aegrotabat ab *humore podagrico*, ſed ſuper hos

**) Haemoptyſis ab vocis contentione et ebrietate ſatis obuia.

***) Hiſt. V. 41. p. 263.

****) *Lues in populo* i. e. morbus epidemicus, eumque fere inſecutum eſſe cometas, multis docuit Cardiluccius l. c. p. 66. ſeq.

*****) Hiſt. V. 42. p. 263. Recentiores veſicantia ſuperhaberi iuſſerunt ad leuandum dolorem, quod ille cauterio applicato ex more Arabum. *Severinus* hanc efficacem medicinam reuocandam eſſe auctor fuit.

dolores, quos ipſe humor commouit, magnos ſibi cruciatus addebat. Nam ſaepe candens ferrum tibiis ac pedibus deſigebat, quo facilius cruciatum ſibi amplius adderet. —

Transobadus *) presbyter epulum in ipſa vrbe clericis praeparat. Reſidentibus autem illis, vnus presbyterorum coepit antiſtitem memoratum impudicis blasphemare ſermonibus, et vſque ad hoc erupit, vt eum delirum et fatuum nominaret. Haec eo dicente, pincerna poculum oblaturus aduenit. At ille acceptum dum ori proximat, tremere **) coepit, laxatoque de manu calice, ſuper alium, qui ſibi erat proximus, caput reclinans reddidit ſpiritum, ablatusque ab epulo ad ſepulchrum humo contectus eſt. —

Exinde ad ſeruitium arceſſitus (Leucastes ***) culinae regiae deputatur, ſed quia *lippis* erat in adoleſcentia *oculis*, quibus fumi acerbitas non congruebat, amotus a piſtillo promouetur ad cophinum. —

Poſt haec †) homo erat Andegauenſis incola, qui *per* nimiam *febrem eloquium* pariter

*) Hiſt. V. 46. p. 271.

**) Poſt iram tremor, vt nota inſtantis apoplexiae, qua ſubito periit.

***) Hiſt. V. 48. p. 272. Lippitudo et fumus non conſentiunt.

†) Hiſt. VI. 6. p. 292. ſeq. Aphonia febrilis crebra, crebrior

ter *auditumque* perdiderat. Et cum de febre conualuiſſet, *ſurdus* permanebat ac *mutus* — At ille nihil moratus, velociter ad metatum vadit, inuenitque infirmum febre plenum, qui per nutum aures ſuas dare tinnitum indicabat, adprehenſumque ducit ad ſanctum dei. At ille, adprehenſa manu caeſarie, adtraxit caput illius in feneſtram, aſſumtoque oleo benedictione ſanctificato, tenens manu ſiniſtra linguam eius ori verticique capitis infudit. — Ille vero clara voce ait: Sic dicor. — Quibus diſcedentibus, homo quidam DOMINICUS — *a natiuitate caecus* *) aduenit ad iſtius miraculi virtutem probandam. Qui dum in monaſterio duobus aut tribus menſibus reſideret, orationi ac ieiuniis vacans, tandem vocat eum ad ſe vir dei, et ait: Vis recipere viſum? — Tunc cum oleo benedictionis ſuper oculos eius crucem ſanctam faciens — et ſtatim aperti ſunt oculi eius. — Dehinc mulier quaedam, quae vt ipſa reclamabat, tria habens *daemonia* **), ad eum adducta

crebrior ſub finem ſurditas ſymptomatica, niſi humor breui expediatur. Quae ſaepe lyſi ſoluitur, ſuperhabendis fomentis diſcutitur, hic vero oleo.

*) Haec vero curatio per ſe impoſſibilis, quia fere vitium mechanicum ſubeſt, neque adeo facilis, ſi ab humore eſt, ſine praegreſſa vehementi concuſſione ac fluore. Sed de his nihil in textu, in oleo nulla ſalus, ergo fabula ab ſuperſtitione orta.

**) Daemonium expellere clericorum eſſe dicitur, ego

ducta eſt. Quam cum tactu ſacro benedixiſſet, atque ex oleo ſancto crucem fronti eius impoſuiſſet, eiectis daemonibus, purgata diſceſſit. Sed et aliam puellam *ab ſpiritu immundo* vexatam benedictione ſanauit. — Poſt haec CRESCENS quidam venit ad feneſtram, et videns eum catenis vinctum *vermibus* *) plenum. — Adueniente die tertia, depoſuit catenas, quibus vinctus erat — tradidit ſpiritum. Et ſtatim omnes *vermes* illi, qui ſanctos artus perforabant, euanuerunt. —

Obiit et EPARCHIUS **) reclauſus Engolismenſis — cellulam ſibi aedificauit. — Panis in cellula illa, eo viuente, coctus nunquam fuit — *Puſularum malarum* ***) *venenum* crucis ſigno ſaepe compreſſit, *daemonas de obſeſſis* corporibus oratione abegit — Poſt quadraginta quatuor vero annos recluſionis ſuae parumper *febre* †) pulſatus tradidit ſpiritum. —

Qui

ego vero medicus phyſicus dolum ſacrum ſubolfacio. Non enim talem vim habet oleum vel ſanctiſſimum, nec ipſa benedictio.

*) i. e. pediculis, qui vel ſine miraculo hominem mortuum deferunt, hinc *vermeſcere* i. e. vermibus conſumi.

**) Hiſt. VI. 8. p. 296.

***) Puſulae malae i. e. ſerpentes.

†) Febre i. e. maraſmo.

Qui Domnolus *) — cum ſe cerneret *morbo regio calculoque* grauiſſime fatigari — Vxor **) Ambrosii cum eſſet adultera, et alium amore lupanario, exoſo marito, diligeret, inſidias viro tetendit. Cumque hi germani pariter epularentur, et nocte vſque ad ebrietatem vino maduiſſent, in vno ſtrato pariter quieuerunt. Tunc moechus vxoris Ambrosii nocte veniens, quieſcentibus cunctis et vino depreſſis, extracto gladio, Ambrosium in *capite* librat, ita, vt *deſcendens per oculos gladius ceruical capitis amputaret.* — Moechus — Lupum adit. Quo repugnante, multis plagis laceratum oppreſſit, et mortali ictu ſauciatum ſemiuiuum reliquit. —

Anno ***) ſeptimo Childeberti regis — menſe Januario pluuiae, coruſcationes atque tonitrua grauia fuerunt — ſtella, quam cometen ſuperius nominaui, apparuit — Magna igitur eo anno *lues* in populo fuit, valitudines variae, *milinae*, *cum puſulis* et *veſicis* †) quae multum populum adfecerunt mor-

*) Hiſt. VI. 9. p. 299. Icterus a calculo felleo.

**) Hiſt. VI. 13. p. 304.

***) Hiſt. VI. 14, 15. p. 305. ſeq.

†) Haec conſtitutio peſtilens ad a. 582. pertinet, et quatenus etiam *inguinarium morbum* fecit, vera peſtis habenda videtur. Dubium eſt, quid ſint *milinae cum puſulis et veſicis.* Hahnius variolas notari ſcribit, (De Antiquit. §. 80. et Carbo Peſtil. p. 32.) ridet Freind (Hiſt. Medic. p. 275. Opp. poſt

morte. Multi tamen adhibentes ſtudium euaſerunt. Audiuimus enim eo anno in Narbonenſem vrbem *inguinarium morbum* grauiter deſaeuire, ita, vt nullum eſſet ſpatium, cum homo correptus fuiſſet ab eo *). Felix, epiſcopus — in hanc valitudinem conruens grauiter aegrotare coepit. — At ille (Burgundio) regreſſus conſilium acceptum adimplere diſſimilauit eo, quod Felix — ab incommodo leuius agere videretur. Sed poſtquam febris diſceſſit, tibiae eius ab humore puſulas **) emiſerunt. Tunc cantharedarum

poſt Huetium (Huetian. p. 132.) p. negat Werlhof (De Variol. et Anthrac. c. 1. p. 481. Opp. p. 573. Cl. Sprengel (Beyträge zur Geſchichte d. Medicin. 1 B. 1 St. n. 2. p. 28.) peſtem et variolas conſociat. Sed reſtant multa obſcura. *Lues in populo* i. e. peſtis, vt morbus ſtationarius, *valitudines variae* i. e. morbi intercurrentes, fuerunt *milinae* i. e. malignae, *cum puſulis et veſicis* i. e. cum puſtulis et veſicis iunctae, ſed iterum quaeritur, haec exanthemata variolae dicendae ſint, nec ne. Non licet cum Hahnio *variolas bubonibus miſtas* adſumere, probabilior coniectura eſt fuiſſe veram peſtem cum bubonibus, (inguinariam peſtem alias nominant) cum carbunculo, vibicibus, ſanioſis puſtulis, ergo perſimilem Hippocrateae conſtitutioni peſtilenti, quae Cranone (Epid. II. Sat. I. p. 684. T. I. ed. Lind.) ſaeuiit. Ibi etiam poſt pluuiam carbunculi aeſtivi incidebant, ſanioſi humores ſub cute, bullae, quales in ambuſtis etc. Gregorii *veſicae* ſunt mihi quidem eaedem, quae Hipp. *ἰχῶρες ἐν τῷ δέρματι, φλυκταινίδες, ὥσπερ πυρίκαυστοι.*

*) i. e. peſte correptus ſubito periit.

**) i. e. puſtulas ſanioſas.

rum *) cataplaſmam **) nimiam validam ponens, computreſcentibus tibiis, — vitam finiuit.

Cum ***) aegrotare coepiſſet (DISCIOLA), venit dies ille, quo migraret ab corpore, et circa horam nonam ait ſororibus: Ecce, iam leuiorem me ſentio! Ecce nihil doleo ****)! — Ipſa autem, expanſis manibus, benedictionem a neſcio quo efflagitans ait — Interrogantibus vero illis, ad quem haec verba proferret, penitus non eſt eſſata. Tunc, facto modico interuallo, emiſit vocem magnam *cum riſu* †), et ſic tradidit ſpiritum. —

Iſta illo (LEUDASTE ††) dicente, ſubito aduenientes reginae pueri voluerunt eum vincire catenis. Ille vero, euaginato gladio, vnum verberat, reliqui exinde ſuccenſi felle, apprehenſis parmis et gladiis, ſuper eum ruunt. Ex quibus vnus librans ictum *maximam partem capitis eius a capillis et cute detexit* †††). Cumque per pontem vrbis fugeret,

*) Cantharedarum i. e. cantharidum.

**) Cataplaſmam pro cataplaſma ex more ſeculi ſcriptum, ſed male adhibitum.

***) Hiſt. VI. 29. p. 318.

****) Peſſimum ſignum poſt dolorem apathia, leuitas praeter rationem.

†) Delirans obiit, vt ſapientes, qui ridendo animam eflaſſe dicuntur ſcilicet.

††) Hiſt. VI. 33. p. 326.

†††) i. e. nudauit. Similiter SUETON. dixit *oſſa detegere*.

ret, elapſo inter duos axes, qui pontem faciunt, pede, *effracta* oppreſſus eſt *tibia*, ligatisque poſt tergum manibus, cuſtodiae mancipatur, iuſſitque rex, vt ſtuderetur *) a medicis, quoad vsque ab his ictibus ſanatus diuturno ſupplicio cruciaretur. Sed cum ad villam fiſcalem ductus fuiſſet, et *computreſcentibus plagis*, extremam ageret vitam, iuſſu reginae in terram proiicitur reſupinus, poſitoque ad ceruicem eius vecte immenſo, ab alio ei gulam verberant, ſicque ſemper perfidam agens vitam iuſta morte finiuit, —

Legati **) principis Chilperici de Hiſpania regreſſi nunciauerunt prouinciam Carpitaniam grauiter a locuſtis fuiſſe vaſtatam, ita, vt non arbor, non vinea, non ſilua, non fructus aliquis aut quicquam viride remaneret, quod non a locuſtis euerteretur. — Per loca enim eius *lues* ***) vaſtabat, ſed maxime apud urbem Narbonenſem validius deſaeuiebat, etiam tertio anno, quod ibidem adprehenderat et requieuerat, populique reuertentes a fuga iterum morbo conſumti ſunt. Nam et Albigenſis ciuitas maxime ab hoc incommodo laborabat. —

Chil-

*) i. e. curarent medici.

**) Hiſt. VI. 33. p. 322.

***) Magnam locuſtarum vim aerem vitiare et morbos malignos gignere poſſe, teſtis idoneus eſt Hoffmann Med. Rat. Syſtem. Plures epidemias hinc ortas memorant hiſtorici et medici. Cf. Samml. Natur u. Medicin Verſ. 7. S. 743. et Verſ. 2. S. 126.

Chilperico *) — nouus luctus aduenit. Filius enim eius, quem anno ſuperiore ſacro baptismate abluerat, a *dyſenteria* correptus ſpiritum exhalauit. —

Locuſtae **) de Carpitania prouincia, quam per quinque vaſtauerant annos, hoc anno progreſſae aggeremque publicum tenentes, ad aliam ſe prouinciam — contulerunt. — Hoc anno — pruina grauiter vineas exuſſit, tempeſtas etiam ſubſecuta vineas ſegetesque per plurima loca vaſtauit, reſiduum quoque grandinis ſiccitas immenſa conſumſit. — *Morbus pecorum* iteratus inualuit, ita, vt vixquicquam remaneret. —

Chilpericus ***) quadam die regreſſus de venatione — adueniens quidam eum *cultro percutit ſub aſcellam*, iteratoque ictu *ventrem* eius *perforat*. Statimque profluente copia *ſanguinis* tam *per os*, quam per aditum vulneris, iniquum fudit ſpiritum. —

(Sal-

*) Solent tenelli prae dolore ac teneritudine citius abripi fato ſuo et migrare ad plures.

**) Hiſt. VI, 44. p. 342. A vitio ſegetum ac frumenmentorum morbus pecorum. Hoc adeo commune eſt, vt exemplis opus non ſit.

***) Hiſt. VI. 46. p. 346. Primum vulnus ſub aſcella i. e. axilla, inflictum abſolute letale eſt, v. *Metzger* Gericht. Arzneyw. p. 155. alterum in ventriculum adactum eſt, hinc ortus *vomitus cruentus* letalis a laeſa, vt videtur, cardia vel piloro. v. *Metzger* l. c. §. 149. p. 137.

(Salvius *) — amplius, quam nouem vicibus nimia *exesus abstinentia* **) pellem corporis demutauit. — Includitur — in qua inclusione ***) in omni *abstinentia* magis, quam prius egerat, commoratur. — Quodam autem tempore *febre* nimia exhaustus *anhelus* iacebat in lecto. Et ecce subito magno lumine cellula clarificata contremuit. At ille, extensis ad coelum manibus, cum gratiarum actione spiritum exhalauit. — Monachi — corpus defuncti extrahunt, aqua diluunt, vestimentis induunt, et feretro superponunt, atque in psallentio fletuque labentem exigunt noctem. Mane autem facto, funeris officio praeparato, *corpus moueri* coepit *in feretro*. Et ecce, *malis rubescentibus*, vir quasi de graui somno suscitatus excutitur, apertisque oculis et manibus eleuatis ait — Surgens autem de feretro, nihil mali sentiens de incom-

*) Hist. VII, 1. p. 1. p. 349.

**) i. e. consumtus, tabidus, cutem posuit.

***) *Includere* de monachis dicitur, qui in cella quadam morantur soli deo deuoti, *inclusus* s. *reclusus* est, qui talem vitam agit, *inclusae* i. e. moniales tales, *inclusio*, *inclusa*, *inclusoria*, *incluseria*, *inclusagia*, *clusoria*, *clusae*, *reclusoria*, i. e. cella, in quam demittuntur. v. Du Fresne Gloffar. T. IV. p. 166. Actum clausurae copiose describit Gregor. Hist. VI. 29. p. 520.

****) Ergo mors apparens, a summa corporis maceratione ac debilitate insecuta vel syncope, vel ecstasis cataleptica, id quod per *malas rubescentes* et notas antegressas suspicari licet. Notissimam ἄπνουν Heraclidis Pontici censeo. *Psallentia* et *psallentium* est cantus ecclesiasticus. v. Du Fresne Glossar. T. V. p. 500. ed. Hal.

commodo, quo laborauerat, *triduo absque cibi* ac *poculi* perſtitit *alimento.* —

(EBERVLFVS *) presbyterum vnum pro eo, quod ei vinum dare differret, cum iam crapulatus aſpiceret, eliſum ſuper ſcamnum pugnis ac diuerſis ictibus *verberauit*, vt pene animam reddere videretur, et feciſſet forſitan, ſi ei medicorum ventoſae non ſubueniſſent. —

Tunc vnus **) e pueris CLAVDII — adprehenſum EBERVLFVM a tergo validioribus lacertis adſtringit, reſupinatumque pectus eius ad iugulandum parat. At CLAVDIVS, extracto a baltheo gladio, ad eum dirigit. Sed et ille prolatum a cingulo ferrum ſe ad percutiendum, dum teneretur, adaptat. Cumque CLAVDIVS, eleuata dextera, *cultrum* eius *pectori* inieciſſet, et ille non ſegniter *ſub aſcella* ***) illius pugionem defixiſſet, retractoque ad ſe librato ictu, *pollicem* CLAV-

***) Hiſt. VII. 22. p. 370. Ab ictu congeſtio et ſugillatio, ab affixis ventoſis i. e. cucurbitis medicinalibus ſtagnantis ſanguinis emiſſio.

*) Hiſt. VII, 29. p. 379. *Pueri* ſunt *ſerui*, qui et *miniſteriales pueri* appellantur, interdum etiam *mancipia* vel *milites*. Hoc ſenſu ap. GREGORIVM identidem ſumuntur, etiam hic ob artem gladiatoriam. Cf. DU FRESNE Gloſſar. T. V. p. 510.

**) Vulnus pectoris, ſub aſcella et reliqui corporis fecerunt letalitatem abſolutam, vulnus cum cerebro effuſo praecipitauit mortem.

dii intercidit. Ex hoc conuenientes pueri eius cum gladiis Ebervlfvm diuerſis *ictibus ſauciant*. Quorum de manibus dilapſus, dum fugere iam exanimis niteretur, extracto gladio, *caput* eius grauiſſime verberant, *effuſoque cerebro* cecidit et mortuus eſt. —

Nam et *oculi* ei (Berthocramno *) eo tempore a *lippitudine* grauabantur. —

Tunc **) et *homo* ille *immenſi corporis* — adductus eſt, ita magno corpore elatus, vt duos aut tres pedes ſuper longiſſimos homines putaretur magnus, lignarius faber, qui non multo poſt obiit. —

Magna hoc anno ***) *fames* pene Gallias totas obpreſſit. Nam plurimi vuarum ſemina, flores auellanarum, nonnulli radices herbae filicis arefactas redactasque in puluerem, admiſcentes parum farinae panem conficiebant, multi etiam herbam ſegetum decidentes ſimiliter faciebant. Fuerunt etiam multi, quibus non erat aliquid farinae, qui diuer-

*) Hiſt. VII. 31. p. 383.

**) Hiſt. VII. 41. p. 396. Obſeruationes de giganteis corporibus hinc inde obuiae ſunt. Pertinent talia ad morbos ab exceſſu ſ. ad enormitatem, v. Gaub. Pathol. §. 261. p. 145. ed. Lugd. tert.

***) Hiſt. VII. 45. p. 398. Ab inedia et fame tabes letalis ſequitur, mortes crebras ſcripſit van der Mye De Morb. et Sympt. Bredanis obſidion. temp. Jen. 1792. tumor corporis a malo victu naſcitur.

diuerſas colligentes herbas et comedentes tumefacti deficiebant. Plurimi enim tunc *ex inedia* tabeſcentes mortui ſunt. —

Cumque hoc *) feciſſet protinus famulos eius ſaeuiſſimus inuadit morbus, exhauſtosque *febre* peremit. Filius eius ab hoc incommodo defecit. —

Reperi **) hic Dianae ſimulacrum. — Egreſſus ad operarios veni, adprehenſumque funem vt primo ictu trahere coepimus, protinus ſimulacrum (immenſum) ruit in terram, confractumque cum malleis ferreis in puluerem redegi. Ipſa quoque hora, cum ad cibum capiendum veniſſem, ita *omne corpus* meum *a vertice vſque ad plantam pedis puſulis malis* ***) *repletum eſt*, vt locus, quem vnus digitus tegeret, vacuus inueniri non poſſet. Ingreſſusque baſilicam ſolus denudaui me coram ſancto altario. Habebam enim ibi ampullam cum oleo plenam, quam de ſancti Martini baſilica detuleram, ex qua

*) Hiſt. VIII, 12. p. 413. Poſt altercationem et iram febris oriri et poteſt, et ſolet, ſed, qui fuerit morbus ſaeuiſſimus, non liquet, cum deſint notae.

**) Hiſt. VIII. 15. p. 418, 419.

***) An epinyctis pruriginoſa? Videntur ortae eſſe puſtulae vel ab acri puluere, ſedatae ab oleo ſuperhabito, vel ab vernice inducto natae, vt operarii Sinenſes, qui tractant rhus vernicem Linn. ſanioſis puſtulis pleni ſunt. v. Hiſt. de la Chine par P. Du Halde p. 317.

propriis manibus omnis artus perunxi, moxque fopori locatus fum, expergefactus vero circa medium noctis — ita corpus totum incolume reperi, ac fi nullum fuper me vlcus apparuiffet.

Berthcramnus *) regreffus ex fynodo a *febre* corripitur. — Spiritum exhalauit.

Fredegvndis **) duos cultros ferreos fieri praecepit, quos etiam caraxari ***) profundius et *veneno infici* iufferat, fcilicet fi mortalis adfultus vitales non diffolueret fibras, vel ipfa veneni infectio vitam poffet velocius extorquere. Quos cultros duobus clericis cum mandatis tradidit. — At illa dubios cernens medificatos ****) potione direxit, quo ire praecepit, ftatimque robur animorum adcreuit. — Nihilominus vafculum hac

*) Hift. VIII. 22. p. 428. An febris fynodalis i. e. ab ira et feruore difputandi orta fcilicet?

**) Hift. VIII. 29. p. 431.

***) *Caraxare* f. *charaxare* poteft h. l. effe *pingere*, (nam Gregor. IX. 5. *vafa fignis caraxata* refert) et *inquinare*, idem quod *veneno infici*. Pertinent haec ad artem venenandi, quae hifce temporibus erat et multiplex, et varia. Fredegundis enim haec ad latera Childeberti regis perfodienda deftinarat. Fuit ergo illitum venenum praefentiffimum.

****) i. e. recreatos potione analeptica, *direxit* i. e. mifit. Nam paullo poft, *omnes ad* Childepertum *regem directi funt* i. e. miffi ad poenam fubeundam.

hac potione repletum ipſos leuare iubet dicens: In die illa, cum haec, quae praecipio, facitis, mane, priusquam opus incipiatur, hinc potum ſumite. Erit vobis magna conſtantia ad haec peragenda. — Quod ſi adſultu ſegniore gladius defixus eſſet, ipſum *venenum*, quo ferrum erat infectum, animam *velociter* penetraret. —

Cum inter pſallendum *) formulae decumberet, crudelis adfuit *homicida*, qui episcopum ſuper formulam quieſcentem, extracto baltei cultro, *ſub aſcella percutit*. — Pontifex, ordinata domo ſua, ſpiritum exhalauit. —

Miſit illa (Fredegundis **), qui eum ad conuiuium prouocaret. Quo renuente, rogat, vt, ſi conuiuio eius vti non velit, ſaltem vel *poculum* hauriat, ne ieiunus a regali domo diſcedat. Quo exſpectante, accepto

*) Hiſt. VIII, 31. p. 438. *Formula* ap. Du Fresne Gloſſar. T. III. p. 634. eſt *ſella minor*, vulnus adflictum abſolute letale, hinc ob haemorrhagiam internam ſubita mors.

**) Ibid. c. 31. p. 439. Toxicum fuit e familia venenorum acrium, cum inter bibendum ſentiretur, *dolor validus pectoris*, *quaſi incideretur*, arſenicum album ſuſpicari iubet, voc. *excaecatus* ſignificat idem, quod amblyopia correptus, ex ſympathia ventriculi ſcilicet, mors praeceps, ab inflammatione ventriculi et gangraena orta, probat veneficium primi gradus, vt Metzgero l. c. §. 209. p. 189. dicitur, i. e. intra diem occidens.

cepto poculo, bibit abſinthium cum vino et melle mixtum, vt mos barbarorum habet, ſed hic *potus veneno imbutus* erat. Statim autem vt bibit, ſenſit pectori ſuo dolorem validum imminere, et quaſi ſi incideretur intrinſecus, exclamat ſuis dicens. Fugite, o miſeri, fugite malum hoc, ne mecum pariter perimamini. Illis quoque non bibentibus, ſed feſtinantibus abire, ille protinus *excaecatus*, aſcenſoque equo, in tertio ab hoc loco ſtadio cecidit et mortuus eſt.

Vennocvs *) Britto — tantae ſe abſtinentiae dedicauit, vt indumento de pellibus tantum vteretur, cibum de herbis agreſtibus incoctis ſumeret, vini vero vas tantum ad os poneret, quod magis putaretur libare oſculo, quam haurire. Sed cum eidem deuotorum largitas frequenter exhiberet vaſa hoc plena liquore, didicit, quod peius eſt, extra modum haurire et in tantum diſſolui potione, vt plerumque ebrius cerneretur. Vnde factum eſt, vt, inualeſcente *temulentia*, tempore procedente a *daemonio* correptus per energiam vexaretur in tantum, vt, accepto cultro, vel quodcunque genus teli, vel lapidem

*) Hiſt. VIII. 34. p. 444. Periit *mania*, et memorant medici talem poſt laborem et ſpiritus vini potum (Ephem Nat. Cur. Vol. II. Obſ. 39. p. 127.) a vini abuſu (Act. N. C. Dec. 3. Cent. 5. p. 225.) letalem, vbi ſine febre eſt.

dem aut fuſtem potuiſſet adripere, poſt homines *inſano furore*, vnde neceſſitas exegit, vt catenis vinctus cuſtodiretur in cellula, in hac quoque damnatione per duorum annorum ſpatia debacchans ſpiritum exhalauit.

Badegisilvs *) — epulum ciuibus cum immenſa laetitia praeparaſſet, a *febre* correptus annum, quem coeperat, morte imminente finiuit. — Nam (relicta defuncti coniux) ſaepe viris omnia *pudenda* **) cum ipſis ventris pellibus *incidit*, feminis ſecretiora corporis loca laminis candentibus peruſſit, et multa alia inique geſſit. —

Adueniente ***) menſe quinto, quo prata ſecari ſolent, pratum ſanctimonialum, quod termino prati ſui adhaerebat, peruadit. In quo ſtatim vt falcem miſit, *febre* correptus die tertia ſpiritum exhalauit. —

*) Hiſt. VIII, 39. p. 448. Febris apoplectica, cum epiſcopus eſſet ad iram pronior, exſtimulatus a coniuge.

**) Haec iratiſſimae et furioſiſſimae feminae exempla abunde docent barbariem ſeculi. *Ventris pelles* ſunt ſine dubio integumenta abdominis per lubidinem et iram ſciſſa.

***) Hiſt. VIII. 40. p. 449. Pelagivs, homo nequam, non ex *virtute b. Mariae*, vt Gregorio videtur, ſed ab communi febre periit, poſt exaeſtuationem, ſolis impetum et refrigerationem oriri ſolita.

Grauiter *) tunc *morbus dysentericus* apud Metensem saeuiebat vrbem. His diebus — VUILIULFUM, ciuem Pictauum, plenum *febre*, hoc morbo laborantem in via offendimus, id est, ad Remensem vrbem, de qua profectus *valde exinanitus* — defunctus est, puer vero, qui et ipse ab hoc languore tenebatur, obiit. —

ATHALOCUS **) — commotus *felle*, ingressus in cellulam suam, inclinato super lectulum capite, nequam spiritum exhalavit. —

NAMATIVS ***) episcopus dum — ibidem moraretur, *pustulae malae* ei *tres* oriuntur *in capite*. Ex hoc valde confectus taedio — spiritum exhalauit.

Tunc ****) ferebatur Massilia a *lue inguinaria* valde vastari, et hunc morbum vsque ad Lugdunensem vicum, Octauum nomine,

*) Hist. IX. 12. p. 472. Dysenteriam cum et sine febre narrant obseruatores, et solet crebra ventris exinanitione vires prosternere.

**) Hist. IX. 15. p. 475. Post iram correptus apoplexia periit.

***) Hist. IX. 18. p. 478. Ortae sunt pustulae, receptis villis, quas Britanni praedando ante occupauerant, videntur ergo fuisse malignae siue pestilentiales, dum ver praecessisset pluuiosum.

****) Hist. IX. 21. p. 489. 490. *Lues inguinaria* i. e. pestis cum bubone pestilentiali.

mine, fuiſſe celeriter propalatum. — Celebre a fidelibus ferebatur, quod mulier quaedam, cuius filius *quartano typo* *) grauabatur, et in ſtrato anxius decubabat, acceſſit inter turbas populi vſque ad tergum regis, abruptisque clam regalis indumenti fimbriis, in aquam poſuit, filioque bibendum dedit, ſtatimque reſtincta febre ſanatus eſt. — Maſſilienſis vrbs, contagio peſſimo aegrota, quanta ſuſtinuerit, altius replicari placuit. — Interea nauis ab Hiſpania vna cum negotio ſolito ad portum eius adpulſa eſt, quae huius *morbi fomitem* **) ſecum nequiter deferebat. De qua cum multi ciuium diuerſa mercarentur, vna confeſtim domus, in qua VIII. animae erant, hoc contagio interfectis habitatoribus relicta eſt vacua. Nec ſtatim hoc incendium luis per domos ſpargitur totas, ſed interrupto certo temporis ſpatio, ac velut in ſegetem flamma accenſa, vrbem totam morbi incendio conflagrauit. — Ceſſante vero hac plaga menſibus duobus, cum iam populus ſecurus rediſſet ad vrbem, *iterum ſuccedente morbo*, qui redierant, ſunt defuncti. Sed et multis vicibus deinceps ab hoc interitu grauata eſt. —

AGE-

*) *Quartano typo* i. e. febre quartana, ſanatio ex aqua tali nulla poſſibilis, reges per miraculum curare aegros nequeunt.

**) Haec adferendi contagii per naues et merces olim crebrior, iam propter maiorem magiſtratus prouidentiam rarior, nec infrequens peſtis quies velutique ex improuiſo et per ſpatia redintegratio.

Agericvs *) — cum ex illo diuturnae amaritudinis *felle* grauiter aegrotaret, — vel etiam abdita amaritudine — his accenſus cauſſis, fellis amaritudine adgrauatus, et maxime inedia conſumtus diem obiit. —

Amalo **) dux — in amorem puellulae cuiusdam ingenuae ruit. Et, facta nocte, crapulatus a vino miſit pueros, vt detrahentes puellulam eam thoro eius adſcirent. Illa quoque repugnante, et violenter in eius manſionem deducta, dum eam alapis caedunt, *ſanguinis vnda ex narium meatibus* decurrente perfunditur. —

Grauiter ***) tunc Theodobertvs filius (Childeberti) *gulae adflictus tumore* laborauit, ſed conualuit. —

Erat ****) apud vrbem Sueſſionas his diebus Droctigisilvs, qui propter nimiam, vt

*) Hiſt. IX, 23. p. 491. Ab ira orta febris bilioſa, haec redintegrata ab noua ira mortem accerſiuit. *Inedia* ſ. faſtidium commune huius febris ſignum eſt. *Fel amaritudinis* i. e. ira vehemens.

**) Hiſt. IX, 27. p. 494. *Sanguinis vnda ex naribus decurrens* i. e. haemorrhagia narium.

***) Hiſt. IX, 29. p. 496. Sub *die feſto paſchae*, quo aegrotare coepit, ſolet eſſe conſtitutio catarrhalis, ergo *gulae tumor* fuit *angina catarrhalis*.

****) Hiſt. IX, 37. p. 507. Solent ebrioſi primum fieri ſtupidi, deinde amentes, denique in pareſin vel apoplexiam incidere.

vt ferunt, *potationem*, quarto inſtante anno *ſenſum perdiderat*. Adſerebant enim multi ciuium, quod hoc ei maleficiis acceſſiſſet per emiſſionem archidiaconi, quem ab honore repulerat, in tantum, vt intra muros vrbis hanc *amentiam* magis haberet. Si vero de ciuitate fuiſſet egreſſus, agebat commodius. — Et licet eſſet *vorax cibi* ac *potator vini* extra modum, quam ſacerdotalem cautelam decet, tamen nullum de eo adulterium quiſpiam eſt locutus. —

Anno quinto decimo *) CHILDEPERTI regis diaconus noſter ab vrbe Roma — veniens ſic retulit, quod anno ſuperiore menſe nono tanta *inundatione* Tyberis fluuius vrbem Romam obtexit, vt aedes antiquae diruerentur. — Multitudo etiam ſerpentium cum magno dracone in modum trabis validae per huius fluuii alueum in mare deſcendit. Sed ſuffocatae beſtiae inter ſalſos maris turbidi fluctus littori eiectae ſunt. Subſecuta eſt de veſtigio *clades*, quam *inguinariam* vocant. Nam medio menſe XI. adueniens primum omnium — PELAGIVM papam perculit. Quo defuncto, magna ſtrages populi de

*) Hiſt. X, 1. p. 529., i. e. anno 590, *clades inguinaria* i. e. peſtis, quam ortam poſt inundationem fluuiorum et pluuiam crebram hiſtorici et medici narrant. GREGORIVS bene exprimit morbi naturam. *Nec languor*, inquit p. 531. *mortem praeuenit*, *ſed languoris moras mors praecurrit*.

de hoc morbo facta eſt. — Cum in hoc reſtaret, vt benediceretur (GREGORIVS), et *lues* populum deuaſtaret, verbum ad plebem pro agenda poenitentia in hunc modum exorſus eſt. —

Morbus *) etiam *dyſenteriae* grauiter exercitum adficiebat, eo, quod aeres incongrui inſuetique hominibus eſſent, ex quo plerique interierunt. Commoto autem vento et data pluuia, cum paullisper refrigeſcere aer coepit, in infirmitate ſalubritatem contulit, — infirmatus aerum intemperantia exercitus ac *fame* attritus redire ad propria deſtinauit. — Et ſic regredientes ita *fame conſiciebantur*, vt prius et arma, et veſtimenta ad coemendum victum demerent, quam locum genitalem contingerent.

Qui abbas **) ruens ſuper lapidem, *confractis oſſibus* et *crate pectoris*, *ſanguinem cum felle* diſrupto euomens ſpiritum exhalavit.

*) Hiſt. X, 3. p. 537. Solet fieri dyſenteria ab aere prauo et pluuio, augeri et citari ab aquis ſtagnantibus, (erat vero et in proximo ſtagnum) infenſiſſima militibus eſſe, de quo vid. PRINGLE *Feldkrankheit.* p. 2. ſeq. fames ab inopia vires conſumere, hinc clades militum crebra. Cui non dicta et audita eſt ſimilis exercitus Pruſſici miſeria in Campania gallica ob coeli inclementiam et Francorum malitiam?

**) Hiſt. X, 14, p. 557. Haemoptyſis letalis ex fractura *oſſium* i. e. coſtarum, et *cratis pectoris* i. e. oſſis ſterni, *ſanguis cum felle diſrupto* indicat etiam hepar affectum fuiſſe.

vit. Erat enim et vino deditus, et in adulterio dissolutus.

At illa (abbatissa *) tumultum sentiens venientium — se deportari poposcit. Gravabatur enim *dolore humoris podagrici.* — Adfuit CHRODIELDIS multa in abbatissam iactans conuicia cum criminibus, adserens eam virum habere in monasterio, qui indutus vestimenta muliebria pro femina haberetur, cum esset vir manifestissime declaratus, atque ipsi abbatissae famularetur assidue, indicans cum digito, en ipsum. Qui **) cum in veste muliebri coram omnibus adstitisset, dixit se *nullum opus posse virile agere*, ideoque sibi hoc indumentum aptasse. — Quae enim sanctitas in hac abbatissa versatur quae viros *eunuchos* facit? — Cum haec nomen pueri eunuchi protulisset, adfuit REOVALIS archiater dicens: Puer iste paruulus cum esset et infirmaretur in femore, desperatus coepit haberi. — At ille, me vocato, iussit, vt, si possim aliquid, adiuuarem. Tunc ego, sicut quondam apud vrbem Constantinopolitanam medicos agere conspexeram, *incisis testiculis*, puerum sanum genitrici moestae restitui. —

SVN-

*) Hist. X, 15. p. 558. seq. De podagra per se constat.

**) Ib. c. 15. p. 561. Castratus erat puer, vt ex sequentibus patet, ab REOVALI *archiatro* ad tollendam femoris infirmitatem, idque Constantinopoli a medicis fieri medicus scribit. Sed iterum quaeri possit, num et quatenus castratio conferre possit?

Svnnigisilvs *) iterum tormentis additur, ac quotidie virgis lorisque caeditur, et *computrescentibus vulneribus*, cum primum decurrente pure coepissent ipsa vulnera claudi, iterum renouabantur ad poenam. —

Cumque rex **), auditis eius (Childerici) improbitatibus, iussisset eum interfici, quadam nocte ita *crapulatus* est *vino*, vt ab eo *suffocatus* mortuus in strato suo reperiretur.

Terrae ***) motus factus est magnus — sol eclipsim pertulit — pluuiae validae, tonitrua in autumno grauia, aquae autem nimium inualuerunt. Viuariensem Auennicamque vrbem grauiter *lues inguinaria* deuastauit. — At in Galliis Massiliensem prouinciam *morbus* saepe *nominatus* inuasit, Andegauos, Namneticos atque Coenomannicos *valida fames* obpressit. — Quidam — dum saltus siluarum ingressus ligna caederet, — *muscarum* eum circumsedit examen, qua de caussa per biennium *amens* est habitus.

Arte-

*) Hist. X, 19. p. 569. En prima origo, certe similitudo poenae militaris, quae etiamnum malos equites et desertores manet.

**) Hist. X, 22. p. 575. Apoplecticus ebriosorum more obiit.

***) Hist. X, 23. p. 576. et c. 25. p. 578. seq. Breuiter haec repetiit Cardiluc. l. c. p. 68. seq. Sed medice ac historice docuit Cl. Sprengel *Beyträge zur Geschichte d. Medic.* B. I. St. I. n. 3. S. 42. f. quid quantumque inundatio et motus terrae valeant ad aeris puritatem inficiendam et pestem inducendam. Pestis et fames fere coniunguntur. *Amentia* sine dubio debetur terrori.

Artedivs *) — aegrotare coepit ac *dysenteriae morbo* grauari — moxque beatus vir ſpiritum tradidit. — Poſt celebratum funus mulier quaedam *rictu patulo ſine vocis officio* **) ad eius acceſſit tumulum. Quo oſculis delibato, elocutionis meruit recipere beneficium. Hoc anno menſe ſecundo tam in Turonico, quam in Namnetico *grauis* populum *lues* ***) adtriuit, ita, vt modico quisquis aegrotus *capitis dolore* pulſatus animam funderet. — Siccitas immenſa fuit, quae omne pabulum herbarum auertit, vnde factum eſt, vt grauis *morbus in pecoribus ac iumentis* ****) inualeſcens parum, vnde ſumeretur origo, relinqueret. — Non modo enim in domeſticis, verum etiam in ipſis ferarum

*) Hiſt. X, 29. 30. p. 588.

**) An luxatio maxillae inferioris, ab oſculis agitatio et reſtitutio? Ita videtur.

***) *Lues grauis* i. e. epidemicus morbus, ſed quae fuerit iſta lues cum dolore capitis ſociata ſubitoque internecina, non ſatis liquet. An *cephalitis Aegyptiaca?* v. Savvages Noſolog. Method. T. I. p. 484. Certe haec inſignis modico capitis dolore eſt, et *aliquando non minorem ſtragem facit, quam ſi eſſet peſtilentia.*

****) Hanc pecorum luem etiam memoraſſe videtur Cardilvc. l. c. p. 71. cauſſae vero communes ſunt, etiamnum infenſae pecoribus. Pavlet (*Beyträge zu einer Geſchichte d. Viehſeuchen* p. 47. ſeq.) recenſet eam, quae a. 894. a ſiccitate nimia et per ſex menſes continua ſaeuiit, iumentis, ouibus et ſuibus noxia, recenſet etiam, quae ab aere humido fit.

rarum immitium generibus *haec lues* graſſata eſt. Nam per ſaltus ſiluarum multitudo cervorum et reliquorum animantium proſtrata per inuia nacta eſt. Foenum ab infuſione pluuiarum et inundatione omnium periit, ſegetes exiguae, vineae vero profuſae fuerunt, quercuum fructus oſtenſi effectum non obtinuerunt. —

Poſtquam epiſcopus ordinatus eſt (GVNTHARIVS *) *vino* deditus pene *ſtolidus* apparuit, quae res eum in tantum *amentem* faciebat, vt conuiuas, quos bene nouerat, nequiret agnoſcere, ſaepius tamen eos conuiciis agebat et improperiis.

*) Hiſt. X, 31. p. 597. Amentia vinoſa ſ. clericalis ſcilicet.

II.

REGINO *).

Eo tempore (a. 517.**) fuit aquae diluuium in finibus Venetiarum et Liguriae feu in ceteris regionibus Italiae, quale poft Noe tempus creditur non fuiffe. Sed fecuta eft ftatim *peftis inguinaria*, quae tanta ftrage populum deuaftauit, vt de inaeftimabili multitudine pauci remanerent. —

*) *Reginonis monachi Prumienfis Annales non tam de Auguftorum vitis, quam aliorum Germanorum geftis et docte et compendiofe differentes, ante fexingentos fere annos editi.* (ab Sebaftiano de Rotenhan, Franco Germanico, equite aurato et iureconfulto). In calce. *Chronicorum fiue Annalium Reginonis Prumienfis coenobii Abbatis a Chrifti natiuitate vfque ad Ottonem fecundum finis. Moguntiae in aedibus. Joannis Schoeffer menfe Augufto. Anno M. D. XXI.* f. recuf. tertio in *Struvii* Rer. Germanic. Scriptor. T. I. p. 2. feq. Vixit vero *Regino* fub *Ludovico III.* et *Arnolpho* imperatoribus, circa a. 885. haec memorans p. 42. a. HVGO *nouiffime temporibus Zundibolchi regis* (hic p. 47. b. mortuus eft a. 894.) *in Prumia monafterio manu mea attonfus eft. Eram enim tunc temporis in eodem loco dominici ouilis, quamuis non idoneus, tamen cuftos.* Secundum *Trithemium* (De Viris ill. Ord. S. Benedicti c. 54. et De Script. Eccles. c. 295.) *claruit a.* 900.

**) Chronic. L. I. p. 8. a. Increbuit fub hoc tempore peftis inguinaria, neque fere defiit. Caufa frequentiffima fuit inundatio, vt recte demonftrauit Cl. *Sprengel Beyträge zur Gefchichte d. Medic.* I. B. I. St. S. 10.

Childebertvs *), iterato in Italiam exercitu Francorum, cum XX. ducibus ad bellandum Langobardorum aciem direxit. Qui per tres menſes Italiam peruagantes plurima caſtra depoſuerunt, et innumerabilem multitudinem captiuorum inde abduxerunt, regem autem Otharivm habere non potuerunt, qui intra Ticinenſem vrbem ſe continuerat exercitus. Quia tempus aeſtiuum erat, propter inconſueti aeris incommoditatem *diſſenteriae morbo* grauiter fatigabatur, et ob id in patriam redire compellitur. —

His **) temporibus (a. 605.) ſolis eclipſis facta eſt V. Non. Maii, moxque ſubſecuta eſt grauiſſima *peſtis* tribus menſibus, Julio, Auguſto et Septembri. —

His ***) temporibus (a. 655.) Saracenorum gens cum immenſo exercitu veniens Conſtantinopolim circumdedit, ac per continuum triennium obſedit, donec, ciuibus multa

*) Ibid. p. 8. a. Fauet aeſtas calida, humida et varia dyſenteriae, rarior eſt verna, anno praeterito ſub menſe Martio Moguntinis obſidione preſſis infenſiſſima, militum clade inde ab omni tempore clariſſima.

**) Ibid. L. I. p. 10. ſq. Cometam nominat Cardilvc. l. c. p. 68. *peſtis* haec fuit ſine dubio febris putrida bilioſa.

***) L. I. p. 12. a. Cf. de his peſtibus iterum iterumque recurrentibus Procop. De Bello Perſic. II. 22. p. 142.

multa inſtantia ad deum clamantibus, plurimi eorum fame, frigore, bello peſtilentiaque perirent, ac ſic partes obſidionis abſcederent. Eorum maxima multitudo tempeſtate in mare periit, intra Conſtantinopolim vero tempore obſidionis CCC. millia hominum *peſtilentia et ſame* interiere. —

Eodem *) anno (a. 801.) loca quaedam circa Rhenum, et in Gallia, et in Germania terrae motu tremuerunt, et *peſtilentia* propter mollitiem hiberni temporis **) facta eſt. — Anno dominicae incarnationis DCCCIII. terrae motus Aquis palatio factus eſt, et *mortalitas* ſubſecuta eſt. —

Tanta ***) in ea fuit expeditione (a. 810.) *boum peſtilentia*, vt pene nullus tanto exercitui ſupereſſet, quin omnes vſque ad vnum peri-

*) L. II. p. 23. a. et p. 23. b. Poſt terrae motus aer ſolet corrumpi, teſte ABDALLATIF, (*Denkwürdigk. Aegyptens* 3. *Abſchn.* S. 335.) hiems mollis et tepida fauet conſtitutioni peſtilentiali, quae CAROLI exercitum et Galliam afflixit.

**) Paullo infra p. 25. a. dicitur *hiems molliſſima et peſtilens*. Accidit vero iſta *mortalitas*, cum eſſet imperator *in Germania ſuper fluuium Sala, in loco, qui dicitur Saltz.* An Sultz oppidulum in vicinia ſitum, quod Sala noſtra alluit?

***) L. II. p. 26. a. Recruduit ſine dubio ab aeris ſiccitate nimia pabulorumque inopia, et in ipſa Germania CAROLI exercitum ita attriuit, vt ab expeditione abſtinere cogeretur.

perirent, et non ſolum ibi, ſed etiam per omne imperium huius generis animalia perierunt. —

Ebrietatibus enim et comeſſationibus die noctuque vacans (PIPPINVS *), ad extremum mente captus, in *maniacam* incidit *paſſionem*, et praeſentem vitam (a. 853.) cum dedecore amiſit. —

Inter haec **) exercitus LOTHARII graui *peſte* (a. 867.) fatigatur, ex inſueto quippe calore

*) L. II. p. 28. b. Solent varia delirii genera manere vino et ſpiritibus vini deuotos, inprimis peſſima et inſanabilis mania.

**) L. II. p. 33. a. Praegroſſa eſt multiplex terrae vaſtatio, caedibus, rapinis, incendiis clara, iter citatum, vt fratri ſuccurreret, inſecuta praecalidum aerem dyſenteria epidemica. *Peſtis* enim hic nihil aliud ſignificare poteſt, quam morbum epidemicum, et apud GOBELINVM PERSONAM (*Meibom.* Script. Rer. Germ. T. I. p. 286.) chorea S. Viti epidemica a. 1374. dicitur *miranda et inaudita peſtis*, interdum ponitur pro *quauis miſeria publica*, *fame*, (v. DV FRESNE Gloſſar. T. V. p. 270.) et apud REGINON. p. 36. b. *peſtis perniciofa* pro infortunio ciuitatis, *clienteria* i. e. *lienteria*, quae ſine dubio excepit dyſenteriam, cum idem nuperrime eueniret exercitui Pruſſico in Gallia. v. Hiſt. med. prat. du flux dyſſenterique appellée Courrée pruſſienne par *J. P. Harmond Montgarny*, à Verdun 1793. *aranearum morſus* i. e. *tarantularum ictus*, cum adverſus Saracenos? pugnaretur in Italia. De hoc phalangio v. BAGLIVI *Opp.* p. 605. ſeq. ed. Lugd. et GRVBE De ictu Tarantulae et vi muſices in eius curatione coniecturae phyſ. med. Franc. 1679. notas

calore et intemperie aeris diſſolutus, *dyſenteriae* vel *clienteriae* morbo corripitur, ex qua plaga innumerabilis multitudo extincta eſt. Plurimi etiam *aranearum morſibus* perierunt. —

Carolvs (a. 870. *) cum a partibus orientis veniens Ribuariorum terminos intraſſet, in quandam regiam villam, nomine Flamersheim, ad hoſpitium diuertit, cumque ſolarium domus conſcendiſſet, ſtipatus obſequentium multitudine, repente ipſum ſolarium, quod nimia venuſtate **) et putredine reſolutum fuerat, trabibus fractis corruit, et inter ruinas eius rex grauiter attritus eſt, ita, vt duae *coſtae* eius a ſua compage *disiungerentur.* Et cum omnes accurriſſent, eumque periſſe arbitrarentur, ipſe a loco, in quo ceciderat, ſurgens ſuis ſe repraeſentavit, aſſerens ſe nihil mali paſſum, et vltra, quam credi poteſt, diſſimulato languore, ſequenti die contra fratrem ad Marſana proficiſcitur. Tanta huius principis duritia,

D 4 tanta

tas muſicas ſcripſit Cl. Wünsch Diſſ. de auris human. proprietat. et vitiis, p. 37. ſq. fraudes detexit tarantiſmi Büsching *Gedank. u. geſammlete Nachricht. von der Tarantel*, *Berl.* 1772. dubius haeret Cl. Plenck Toxicolog. p. 47. varias ſpecies memorat Boissier de Savvages Noſolog. method. T. II. p. 229.

*) L. II. p. 35. b. Vera fractura coſtarum extrinſecus facta, hinc ſine periculo. Alias non licuiſſet iter ſuſcipere.

**) *Venuſtate* leg. *vetuſtate.*

tanta animoſitas fuit, vt, cum etiam fragor fractarum coſtarum ad inuicem collidentium a nonnullis audiretur, nemo tamen propter hoc audierit eum ſuſpirium trahentem vel gemitum emittentem. —

Anno *) dominicae incarnationis DCCCLXXIIII. *locuſtarum* inaeſtimabilis multitudo menſe Auguſto ab oriente veniens totam pene peruaſtauit Galliam, quae maiores erant, quam ceterae locuſtae, habebantque ſena alarum remigia, et mirum dictu eſt, vt caſtrorum acies, diſtinctis ordinibus per aera ferebantur, vel terrae incumbentes caſtra metiebantur. Duces cum paucis exercitum itinere vnius diei praeibant, quaſi loca apta multitudini prouiſuri. Circa horam nonam, vbi duces pridie venerant, inſidebant, nec a loco occupato mouebantur, quousque ſol ſuum repraeſentaret ortum. Tunc per turmas ſuas proficiſcebantur, vt in paruis animalibus diſciplinam militarem cerneres, ſegetibus veſcebantur, quae ab eis ita depaſtae ſunt, vt veluti immani tempeſtate conſumtae viderentur, ſpatium diurni itineris quatuor aut quinque milliaribus extendebatur. Per-

*) Lib. II. p. 36. b. *Gryllus Locuſta migratorius* Linn. de quo v. Goeze *Nützlich. Allerley* 3. B. n. 19. S. 101. Putreſcentium locuſtarum multitudo et aerem inficere, et peſtem gignere poſſe inter omnes conſtat.

Peruenerunt autem vſque ad mare Britannicum ſuperficiem terrae comperientes, in quo, deo volente, violento ventorum flatu impulſae atque in profundum aſportatae demerſae ſunt. Aeſtu vero atque refuſione oceani reiectae littora *maritima* repleuerunt, tantaque congeries facta eſt, vt ad inſtar montium cumulatae coaceruarentur. Ex earum foetore ac putredine aer corruptus diram *peſtem* finitimis generauit, ex qua multi perierunt. —

Per id tempus (a. 874. *) Carolvs Adagauenſem obſidebat vrbem. — Exercitus immenſae multitudinis cum longae *obſidionis* taedio, *fame* et graui *peſtilentiae* morbo attereretur, cernentes Britones vrbem inexpugnabilem, conati ſunt fluuium (Medanam) a ſuo alueo deriuare, vt, exſiccato naturali meatu, naues Nortmanorum inuadere poſſent. —

Anno dominicae incarnationis DCCCLXXVII. Carolvs ſenior **) Romam ſecundo profectus

*) Lib. II. p. 36. b. Peſtem et famem in obſidione Bredana memorat Hvgo, p. 59. 60. 81. Deriuationem fluuii varie auſi ſunt imperatores. Sic, teſte Lavrentio de Monacis p. 58. *Anſediſius, Paduae poteſtas, iuſſit claudi omnes meatus aquarum, vt nauigia remanerent in ſicco.*

**) Chronic. L. II. p. 39. ſeq. *Poculum mortis* i. e. venenum potui datum, cita putredo coniecturam confirmare videtur, ſed ipſe Carolvs quidem per quatuor annos febribus correptus, Eginhardo aucto-

fectus eſt. — Sed priusquam Alpium praeeminentia iuga anguſtaque itinera attingeret, aegritudine pulſatur, quam protinus mors ſubſecuta eſt, finem vitae impoſuit. Eſt autem fama, quod a quodam Judaeo, qui vocabatur SEDECHIAS, *poculum mortis* ei propinatum ſit, qui ei familiarius adhaerebat, eo, quod in medendis corporum paſſionibus ſingularem experientiam habere diceretur. Porro hic ſicarius plane erat, et magicis praeſtigiis incantationibusque mentes hominum deludebat. Obiit vero pridie Non. Octobris. Corpus eius leuatum eſt in feretro, a ſuis extra Italiam deportatur. Sed quia

auctore, (De Vita Car. c. 22. p. 106. ed. Schmink,) *plura arbitratu ſuo, quam medicorum conſilio faciebat*, hinc odio tribui poteſt, in quo Judaei apud Chriſtianos et clericos erant. In archiatris eius SEDECHIAS non inuenitur apud KOELERVM, (Diſſ. epiſt. Primus inter Germanos artis ſalutaris peritia celebris *Wintarus* p. 11.) neque apud MATTHIAE (Conſpect. Hiſt. Medicor. chronolog. p. 39.) habuit tamen binos Judaeos prae ceteris claros, FARRAGATHVM et BVHAHYLYHA BINGEZLA. Judaei vel ipſum SALOMONEM (*Arpe* De Prodigioſ. Nat. et Art. Operib. Taliſman. et Amuleta dictis p. 56.) incantamentis clariſſimum fuiſſe voluerunt, etiamnum arcana cabbalae affectant, hinc exoſi chriſtianis et legibus coerciti, hinc inuectiuae plurimae, v. Deſs Chriſt. Trewmundts Gewiſſenloſer Juden — Doctor. Freyb. 1698. Etiam de peſte magna a. 1348. quam egregie ſcripſit GVIDO DE CAVLIACO Chirurg. Tract. II. Doctr. II. c. 4. p. 113. ed. Lugd. cf. *Leovitius* De Coniunct. ſuper. planet. p. 20.) Judaei incuſabantur, culpa liberati nuperrime a Cl. SPRENGEL l. c. p. 101. ſq.

quia foetor intolerabilis ex putredine cadaueris baiulantes grauabat, compulit illud terrae mandare. —

Bonna *) castello praeclara, synodus (a. 942.) a viginti duobus episcopis habetur, Treueris basilica Sancti MAXIMINI dedicatur. Sidus simile cometae per XIIII. noctes visum et immensa *mortalitas boum* secuta est. —

Ea tempestate (a. 956. **) grauis per omnes regni partes *pestilentia* grassabatur, quae innumeram populi multitudinem passim exstinxit, ex qua ROTBERTVS archiepiscopus Treuerensis et HADAMARVS, abbas Fuldensis, obierunt. —

Imperator (a. 964. ***) ab vrbe romana reuertitur, et infeliciore, quam sperauerat, omine in redeundo fruitur. Nam tanta exercitum

*) Chronic. L. II. p. 53. a. Quae sequuntur, debentur cuidam continuatori. Eadem pestis boum etiam in Gallia a. 941. et 942. teste FROISSARDO, saeuiit, ita, vt fere communem stragem faceret. Neque male PAVLET (*Beyträge zu einer Geschichte der Viehseuchen, nebst deren Behandlung u. Cur — übers. v.* RVMPELT, 1. B. S. 49. f.) memorat eam vicies Galliam et Germaniam deuastasse, vtramque prae ceteris obnoxiam esse lui, hanc crebrius boues afficere, minus reliqua armenta, pestem boum fere ab oriente fieri rel.

**) Chronic. L. II. p. 55. a.

***) Chronic. L. II. p. 56. b. Febris putrida castrensis, forte biliosa putrida, cum sub autumno cessaret.

citum eius *pestis* et *mortalitas* inuasit, vt vix vel sanus quis a mane vsque ad vesperam, vel a vespera vsque mane se victurum speraverit. Ex qua pestilentia obierunt HENRICHVS, archiepiscopus Treuerensis, et GERRICVS, abbas Vuirtzeburgensis, et GODEFRIDVS, dux Lothariensis, aliorumque innumera multitudo tam nobilium, quam ignobilium. —

III.

JACOBVS ANGELI DE VLMA *).

Istis **) positis, nota tres in aere dispositiones, quarum ego sum memor, quod non est

*) *Tractatus de cometis.* — In calce: *Compilatus est iste tractatus et completus per Jacobum angeli de vlma magistrum in artibus ac licentiatum in medicinis philosophicum illustris principis, principis ducis Leupoldi ducis austriae.* s. l. et a. et pag. octonis. Auctor vixit vsque ad finem seculi XV. Scribit enim mortem ducis a. 1384. mense Sept. se a. 1382. Parisiis fuisse, meminit a. 1401. Potiora momenta retulisse iuuat.

**) Capitul. 7. Magnam astrorum vim in corpus humanum et reipublicae statum esse olim creditum est, deinde in vtramque partem disputatum, nuperrime coeptum cum spiritibus familiaribus rem habere, supernaturalia credere, vt certa et fixa, hinc etiam cometis et stellarum coetibus auctoritas sua restituta. De his equidem prognosticis non curo, vid. auctores. De Coniunct. magn. insign. superior. planetar. solis defect. et cometis, auct. *Cypr. Leovitio*, Marb. 1618. *Andr. Libauii* Decla-

eſt diu, quod vna poſt aliam ſucceſſit per ambitum noſtrae terrae, puta in Sueuia. Prima fuit anno domini M. CCC. 99. aut in vigilia, aut in die conuerſionis ſancti Pavli de nocte, dum fierent tenebrae ſatis poſt occaſum ſolis, et iam nemo ſine lumine vidiſſet, in domibus venit vna vniuerſalis lux in aere et vniformis more, ſicut fiunt coruſcationes, ſed diutius manſit, ita, quod viſibilia in poſterioribus partibus domorum apparuerunt. Iſta lux non fuit ab aliqua ſtella, nec a luna, nec a ſole, nec a reflexione alicuius luminis, vt manifeſtum eſt, ſed a flamma quadam cuiusdam vniformis exalationis per totum viſibilem oriſuntem ſperae *) ſimul ignitae et flamma lucidam faciente. Secunda **) diſpoſitio in aere fuit viſa (credo) anno domini quadrageſimo circa autumpnum. Tunc venit per aerem vna flamma longa ad longitudinem lanceae, habens caput quaſi ſicut vitulus, et tendebat continue ſtrictius vſque verſus caudam, et venit ab occidente verſus orientem, ſatis moroſe tranſiens

Declamatio de cometa, Amſt. 1665. Tract. phyſ. aſtron. hiſt. de cometarum eſſentia et general. ſpecieb. aut. *Dav. Chriſtiani*, Gieſſ. 1653.

*) *Oriſuntem* i. e. horiſontem, *ſperae* i. e. ſphaerae.
**) Priorem nec Cypr. Leovitivs (l. c. p. 22.) nec *Cardiluc.* (l. c. p. 108.) nec Christiani ib. p. 81. memorant, magis, quae a. 1400. 1401. 1402. 1403. 1404. 1406. 1407. apparuerunt, *peſtem fatalem* inde ſecutam eſſe omnes contendunt.

ſiens per aerem, et in pinaculo vnius domus euanuit, me vidente, nec habuit altitudinem vnius turris, et tales ſimiles ignes in crepuſculo veſpertino in diuerſis locis eadem hora per totam Sueuiam apparuit. Tertia diſpoſitio anno praeterito, ſcilicet quadringeſimo primo circa Apprilem, ſtatim in principio venerunt tonitrua et corruſcationes, durauerunt per omnes menſes vſque ad finem Auguſti, quod non eſt aliquis, qui fuerit memor de tot et multis tempeſtatibus, terrae naſcentia frumenta, fructus et vineas *) deſtruentibus, imo quaſi quilibet die grandinea tempeſtas hic vel in conuicinis dampna non modica intulit campo et agris. Iſtae enim diſpoſitiones praeſentem cometam figurabant, et multiplicatas exalationes **) eleuari de terra continue certiſſime demonſtrabant. Ex quo ſequitur, quod cauſſae cometae materiales a prouincia noſtra et partibus conuicinis ſe multum leuauerunt ad aera. —

Vnde ***) tales prouinciae et talia regna haberent ſuper his ſibi effectibus prouideri. — Hic cometa, qui dicitur *tenaculum*, ſignificat

*) Aeris prauitatem inde ortam, morbos peſtilentiales natos refert et multis exemplis probat Sprengel l. cit. p. 41. ſeq.

**) *Exalationes* i. exhalationes, ab his corruptus aer, hinc peſtilitas.

***) Capit. 8.

çat penuriam, non tamen excedenter, neque famem ſimpliciter. — Et ſi *pertica*, tunc dicit (Gvido Bonatvs de Forlivis *) ibidem, quod ſignificet ſiccitatem atque aquarum paucitatem et paucitatem frumentorum. — Et alii dicunt, quod ſi fuerit in ariete cometa, — erit caedes hominum in occidente, et ſignificat niues, et aquarum inundationes, et dampnum *in* multis *animalibus*, et praecipue *paruis* **).

Et ***) fiunt tunc magna *kariſtia* ****), et tunc rex caſtellae expulit Sarracenos de Hiſpania. — Et mortuus eſt comes Subaudiae, et ipſe dux anno domini M. CCC. 84. de menſe Septembris mortuus eſt et multi nobiles viri ibidem (in Appulia), *peſte*, *fame* et *kariſtia* perierunt, et factum eſt de exercito iſto, ac ſi nunquam fuiſſet excogitatus. — Et poſt duos menſes vix praedictus Karolvs, rex Vngariae, per ſuos aemulos et inſidiatores fuerat impie per *ſaeua ſui capitis vulnera* †) cruci-

*) *Tract. Reuelationum*, ſed infra c. 9. ſcribitur rectius *de reuolutionibus.*

**) Humidum aerem peſtem animantium procreaſſe multis exemplis comprobatum iuit Pavlet l. cit. p. 47.

***) Cap. 9. Ineſt recenſus euentuum politicorum ab cometis.

****) *Kariſtia*, *cariſtia* i. e. annonae caritas. Haec fere praecedit, ſequitur peſtis.

†) i. e. per vulnera abſolute letalia, *crucidatus* pro trucidatus, *aſire* pro aſtra.

crucidatus. — Non*) enim aſtrae, nec cometae nos torquent, ſed puncta, quae facimus numero carentia, triſtitias, moerores, *mortes*, *morbos*, *ſamem*, *guerras* et alia impedimenta quam plurima ſuper nos euocant et dolores. —

IIII.

NICOLAVS SMEREGIVS **).

Qui D. D. Excelinvs et Albricvs dominauerunt vſque ad annum MCLiX. faciendo et fieri faciendo omnia mala de mundo, interficiendo homines, et mulieres, et pueros, et faciendo *incidi naſos* ***), *et mamillas mulierum*, et damicellis, et potius amicis ſuis, quam inimicis. —

Et

*) Capit. 10. *guerras* i. bella, ab Gall. *la guerre*. Scribitur etiam *werra*, haec vero mala ita inter ſe cohaerent, vt alterum ſine altero eſſe nequeat.

**) *Nicolai Smeregii Notarii Vicentini de Burgo Berik Chronicon ab anno MCC. vſque ad annum MCCLXXIX. L. B. ſumt. van der Aa.* ſ. a. p. 22. Mortuus eſt, vt ad calcem chronici p. 28. ſcribitur, a. 1279.

***) Talia barbarorum facinora crebrius memorant hiſtorici. *Damicella*, *Damiſella*, *Damayſella*, *Domicella*, ſecundum Dv Fresne Gloſſar. p. 190. T. III. idem eſt, quod Gall. *Demoiſelle*, proprie vero de filiabus principum, magnatum, baronum et militum innuptis dicitur, deinde de canonicis ſecularibus, quas per petulantiam ſcilicet mutilabant, Francogalli virgis caedebant.

Et *) D. ECCELINVS fuit *vulneratus* de vno piloto *in pede*, et captus, et ſui milites pro maiori parte ſimiliter capti, mortui et vulnerati fuerunt. Et D. ECCELINVS fuit ductus ad terram SVNZINI de Cremona, et ibi vixit circa quinque dies, et tandem obiit. Et diabolus habuit animam eius, quia ſemper fecit mala. —

V.

LAVRENTIVS DE MONACIS **).

Perfidus EZERINVS iterum manus extendit ad carcerandum et occidendum tam in Verona, quam in Marchia vniuerſa, implevitque ciuitates et caſtra multitudine captiuorum,

*) P. 28. *Pilatus*, *pilotus*, *pillotus*, *pilota* i. qui pilum gerit, *pilotum* i. glomus, quo quis laeditur et vulneratur. Moritur ex vulnere per accidens letali, cum, quae laeſio inflicta, et quo loco, non ſcribatur.

**) *Laurentii de Monacis Veneti Senatus a ſecretis Ezerinus III.* ib. p. 47. et 59. Vixit et ſcripſit a. 1414. haec vero verba pertinent ad monachum quendam, qui talia litteris conſignauit a. 1263. Caſus iſte perſimilis ei eſt, quem Angli de ſpelunca nigra memorant, *Perill.* ZIMMERMANN l. *von der Erfahrung* repetiit, perſimilis etiam miſeriis, quas Francogalli, libertatis ſuae vindices, a tyrannis ſuis crudeliſſimis ferre ac ſubire coguntur, ob frequentiam captiuorum varia morborum genera, febris carcerum et miſerrima mors inſequi debent, etſi de his ſileant nouellae politicae.

rum, quos *fame* horribili affligebat. Prae famis autem et ſitis anguſtia quaelibet immunda miſeri comedere, ac vrinam cum auiditate bibere cogebantur. Foetor erat intolerabilis, aer corruptus, calor nimius, e tenebrae ita horribiles, quod captiui vix poterant reſpicere, et multi his de cauſſis vit tam exhalabant. Tantaque erat hominum miſerabilium multitudo, quod vnus alium premebat, vt nemo iacere aut ſedere poſſet, corporis vero tanta debilitas, quod ſuper pedes ſtare non poterant. Ingens erat clamor lugentium et dicentium vae, vae, percuſſiones manuum horride perſonabant. Mors ibi ſummo deſiderio quaerebatur, vt finem tantis imponerent malis. In mortis articulo nec teſtari, nec conſiteri ſacerdotibus permittebatur. Efferebantur defunctorum corpora, nec permittebantur ſepeliri, ni probaretur, quis eſſet, vel vnde, qui beneficium deberet conſequi ſepulturae. Cuſtodes carcerum faciebant conſici publica inſtrumenta, vt poſſent *tyranno* *) omnia ſollicite inqui-

*) Talia ſcelera legens et audiens iuraret, haec de Francogallis noſtrae aetatis, de Robespierre, tyranno, regicida, parricida, ciuicida, dicta et litteris conſignata eſſe. *Mors per famem* ad priſtina ſecula pertinet, *mors per carnifices et globos ignitos et concatenatos* ad turpiſſimum illum hominem, *titulus proditionis* vtrique communis eſt, vt, quemcunque vellent, commode fato tradere poſſent, Tallien, occiſo

quirenti oſtendere numerum viuorum et mortuorum. Poſtea BONTRAVERSVM, ſocerum ſuum, cum filiis ſuis *crudeli fame* mori fecit in carcere. Omnibus enim, quos hic tyrannus occidere deſtinauerat, *titulum proditionis* generaliter opponebat. — Victores iubent aperiri carceres, ex quibus exeunt turbae hominum moribundae, matronae nobiles, trepidae puellae et macilentae, nobiles pueri excaecati et caſtrati. Horum omnium

 con-

occiſo principe proditorum, ROBESPIERRE, *cum ſenatu* carceres aperiri iubet, vt male mulctati ciues libertati vindicarentur, *tyranni metu* ne hiſcere quidem audentes, illi *manibus et pedibus privati* per EZERINI petulantiam et crudelitatem, Francogalli ciues aliter ſentientes vel ſuſpectos *tormentis bellicis* mutilant vitaque priuant miſerrime. Reſtant et alia, quae rebus Francogallorum et factis videntur eſſe accommodatiſſima Liceat (p. 59.) verbis hiſtorici veteris ſubſcribere." *Cum* EZERINVS *turbaret terram, concuteret regna, interficeret populos, deſolaret ciuitates, nec ſibi ſufficeret regionem ſibi ſubditam deuaſtare, ſed mitteret quotidie legatos ad excitandas nationes, reges et principes contra romanam eccleſiam eiusque fideles, diſcurrentesque nuncii ſui per prouincias, alii ad curiam potentiſſimi* FEDERICI, *alii ad principes Alemaniae ad excitandas ſeditiones et diſcordias, alii ad regem Vngariae pro contrahenda amicitia, alii ad fortiſſimum regem Caſtellae, cui iſte ſeminator diſcordiae regnum Italiae promittebat, vt, ſi fieri poſſet, totum mundum contra eccleſiam pronocaret. — Erat inuerecundus ad turpia, inhumanus ad humana, in exigenda vindicta ſuperabat crudelitatem tigridis et leonis. Nulla ſuper afflictis mouebatur miſericordia, nec mulierum lamentis, nec fletibus puerorum* etc."

conſpectus miſerabilis prouocabat omnes ad lachrimandum. — Tunc inſatiabilis homicida, (EZERINVS) addens afflictionem afflictis, exceptis paucis ſuorum flagitiorum executoribus, iuſſit capi omnes Paduanos, quorum numerus ad duodecim millia pertingebat, ipſosque compedibus vinctos includi fecit carceribus, omnesque *fame* et aliis ſuppliciis miſerabiliter mori compulit. Praecepit inſuper, quod quilibet eorum, qui fugiens caperetur, *manibus et pedibus priuaretur.* Multique tali poena puniti iacebant proſtrati in agris, ad quorum horrendos rugitus et clamores nullus metu tyranni videbatur miſericordia commoueri. —

VI.

HERMANNVS CONTRACTVS *).

Maxima *peſtis pecudum* (a. 1044. **) et hiems ſatis dura et niuoſa, magnam vinearum partem frigore perdidit, et frugum ſterilitas *famem* non modicam effecit. — VI. Idus Febr.

*) *En damus Chronicon diuinum plane opus eruditiſſimorum autorum repetitum ab ipſo mundi initio ad annum vſque ſalutis M. D. XII. Baſil. M. D. XXIX.* f. p. 200. b. HERMANNVS, gente Sueuus, comes Veringenſis, chronographus, obiit 1054.

**) Saeuiit iam a. 1043. in Anglia, v. Chron. Anglic. ad h. a. Cauſſa potiſſimum ſita erat in frumentorum inopia.

Febr. (a. 1062. *) terrae motus, fulgura et tonitrua facta ſunt, *peſtilentia* et *mortalitas* ſubſecuta multa. — Tempore veris (a. 1063.), medio menſis Aprilis, per quatuor dies hiems ſaeua, ventoſa et niuoſa, aues et *pecora* frigore extinxit, arborum et vinearum maximam quoque partem perdidit. — Quidam comes de militia Treuirenſi, nomine THEODORICVS, eundem CONRADVM Treuirim tendentem comprehendit, et diu ſub cuſtodia maceratum quatuor militibus enecandum commiſit. Qui dum eum ter per quoddam praecipitium deieciſſent, et nihil ſibi, niſi *brachium collidere* **) poſſent, vnus ex illis poenitentia ductus ab eo veniam impetrauit, alius autem volens eum decollare *maxillam* eius

*) Ib. p. 206. a. et 207. a. Solebant maiores ſiderum et cometarum apparitiones pro ſignis morborum habere, hinc JOANNES DE BEKA l. De Epiſcop. Ultraiect. Pontif. ſcribit. *A.* 1316. *radioſus cometes apparuit, mortifera peſtis inhorruit, et valida fames inualuit.* Et WILHELM HEDA Hiſt. Epiſc. Vltraiect. *A.* 1472. *apparuit cometa, quem ſecutae ſunt fames, peſtis et bella continua.* Quantum valeat terrae motus ad aerem corrumpendum, ex hiſtoricis comprobatum iuit SPRENGEL, (*Beyträge zur Geſchichte d. Medic.* B. I. St. I. S. 41. ſeq.) cum peſtem magnam et vbique terrarum graſſantem a. 1348—50. curate deſcriberet.

**) i. e. contuſio, deinde mors ineuitabilis ex laeſione vaſorum, arteriae maxillaris internae et temporalis, item venae iugularis cet. *Impotentia deglutitionis* etiam a cauſſis mere phyſicis repeti poteſt, a ſpaſmis, ſcirrho, atonia rel.

eius tantum *abſcidit*. Et ſic ipſe deo dignus martyr ad dominum migrauit — tres autem milites, mortis illius autores, digna vltio poſtmodum ſubſecuta eſt. Nam vnus eorum *acceptum cibum deglutire* non valens, alii duo manus ſuas lacerantes —

VII.

MATTHAEVS PALMERIVS *).

Ivstinvs Tiberivm (a. 576.) in filium adoptauit, et Auguſtum appellauit, nec multo poſt *amens* effectus et *pedum dolore* **) grauatus interiit. — Diluuium ingens (a. 586.) et magna tonitrua, et Romae maxima *peſtis* ***) ſecuta eſt ſerpentum foetore ad littora proiectorum. — Langobardi Romam obſidentes aſſiduis imbribus turbinumque tempeſtatibus deterriti obſidionem diſſoluunt, et tanta eſt aquarum vis ſubſecuta, vt innumerabilis

*) In eadem Chronicor. Collect. p. 100. b. et p. 101. a. Deſinit a. 1449. Palmerivs, Florentinus, orator, poeta, hiſtoricus, obiit a. 1453.

**) A podagra regreſſa vel retropulſa et amentia, et mors fieri ſolent. Inde facta apoplexia (Act. Berol. Dec. 2. Vol. I. p. 31.) ſopor, conuulſio aliaque mentis vitia.

***) Similia hiſtorici narrant de peſte magna a. 1346. v. Sprengel l. cit. p. 39. ſeq. Ab cadauerum putredine aer contaminatur et corrumpitur, hinc crebra peſtis vel febris putrida epidemica in iis locis, quibus poſt proelia diu inſepulta iacent hominum equorumque cadauera.

rabilis paene hominum pecudumque multitudo per Italiam, ac maxime Romae, perierit. Cadauerum, ſicuti putatur, corruptione *peſtis* ſubſecuta eſt, in qua PELAGIVS moritur. —

Ticinum *) *peſtilentia* primum fere depopulatum, et tandem per annum derelictum eſt. — GRIMOALDVS, Langobardorum rex, Beneuenti (a. 680.), moritur, ob *venenum malum* **), quod medici adhibuerant ad comprimendam ſanguinis e brachio fluentis vim. — *Peſtilentia* (a. 683.) ingens Romae et per vicinas ciuitates deſaeuiit. —

Sol ***) per aliquot dies veluti ſanguinem emanans apparuit, et ſtatim repentinae plurimorum *hominum infirmitates mortesque* ſubſecutae ſunt. — *Fames* (a. 946. ****) in Gallia, in qua populi vel inhumano quoque cibo aegre ſubſtentantur. — *Fames* et *peſtis* (a. 1007. †) miſeranda fuit pene per orbem. —

*) Ib. p. 105. a. et p. 105. b. Peſtem non plene finiri, aliquamdiu ſilere iterumque recrudeſcere, teſtatur ORRAEVS Deſcript. Peſt. Jaſſ. et Moſc. p. 195.

**) Solent medici ſtypticis fluentem ſanguinem ſiſtere, ſed haec in venenis nullo modo ponenda Forte vitriolum adhibuerunt, talia vero tunc temporis ſunt pro venenis habita. An potius mors ab apoplexia, haemorrhagia temere ſuppreſſa?

***) Ib. p. 115. b.

****) Similia infra p. 130. nominat.

†) Ib. p. 118. a.

Monſtrum *) feminino ſexu in pago Britannico naſcitur, quod ad integram prouectum aetatem ferunt infra vmbilicum vnitum, ſupra vero geminatum habens hominem. — *Fames* (a. 1062. 63.) ingens et lugubris *peſtis*. — VICTOR **), hauſto in ſacro calice *veneno*, interiit. —

FVLCO (a. 1142. ***), Hieroſolymitarum rex, dum leporem inſequitur, *caſu equi* corruit. — Romam FRIDERICO obſidente, eius exercitus a *peſtilentia* pene deletur. — BALDVINVS *lepra* †) infectus vxorem non duxit. — In

*) Ib. p. 119. a. Plures caſus et figuris expreſſos v. apud SCHENCK. in Monſtrorum Hiſtoria, Frft. 1609. et quam maxime apud ALDROVANDVM et SÖMMERRING *Abbild. u. Beſchreib. einiger Miſsgeburt. Maynz* 1791. qui et (p. 32. ſeq.) in origines curatius inquiſiuit. Mirum eſt ſexum ſequiorem crebrius deformem eſſe ac naſci. Monſtra hominum et pecudum SEBAST. BRANT. (Carm.) etiam ceciniт.

**) Ib. p. 121. b. et p. 122. a. et b.

***) Ex PTOLOMAEI LVCENSIS aliorumque fide teſtatur JOANNES SCHIPHOVER (Chronic. Archicomit. Oldenburgenſ. T. II. p. 155. *Meibom.* Script.) idem accidiſſe HENRICO DE LVCEMBORG *Imp.* a. 1313. auctore ſceleris quodam JACOBINO Ord. Domin. *Communione facta*, inquit, *ipſi imperatori corpus Chriſti toxicatum porrexit.* Hinc verſus: *Ecce calix vitae fert guſtum mortis!* Et iterum.

Quomodo ſit geſtum de Caeſare, ſit manifeſtum.
Verum fertur ita, quod quidam, proh Jacobita,
Per virus ſtrauit, miſſam quando celebrauit.
A Juda credo non venit tanta nigredo.

†) De qua v. HENSLER *vom abendländ. Ausſatze im Mittelalter, Hamb.* 1790.

In pago vallis ſuperioris *) Arni, nomine Tertanio, *monſtrum* natum eſt habens duos pueros vno vmbilico ad inuicem iunctos, cui ab vno latere et genitalia erant membra, et bina quoque pendebant inualida crura, ab altero vero latere crus ſolum exibat imperfectum, vixitque diebus XXXX. —

Ingens (a. 1348. **) vapor magnitudine horribili boreali mouens regione magno aſpicientium terrore per caelum dilabitur. Et quidam ſcribunt hoc eodem anno quasdam beſtiolas multiplicato numero in oriente e caelo cecidiſſe, quarum corruptio et foetor *peſtilentiam* intulit. Lugubris (a. 1349.) et miſeranda *peſtis* pene per orbem, quae in Aſia apud Indos incipiens paſſimque prouin-

 cias

*) Ib. p. 128. b. Talem exprimendum curauit Schenck l. cit. p. 57. et p. 68. 69. deſcripſit Dietrichs l. De fratribus Italis ad epigaſtrium connatis Ratisb. 1749. Plures habemus monſtrorum imagines et deſcriptiones, plures in muſeis cumulos, ſed nemo hactenus inuentus eſt, qui haec ad phyſiologiam et pathologiam dextre accommodaret. Nam et in his efformandis naturae ſua vis conſtat, ſua lex, ſua auctoritas.

**) Ib. p. 130. b. Haec etiam memorat Mezeray Abregé chronol. de l'hiſt. de France T. II. p. 107. et Ovdegheerst Chronique de Flandres ch. 175. p. 297. b. Cometae et peſtis inſecutae meminit Cardilvc. l. cit. p. 105. plura conſignauit Sprengel l. cit. p. 51. Peſtem fere ab oriente venire, vetus eſt opinio, eaque experientiae conſentanea.

cias irrepens trium annorum ſpatio vſque Britannos vbique terrarum in omnis gentes deſaeuit. Hic annus amplius LX. hominum milia Florentiae intra vrbem abſumſit, et per agrum cuncta prope deſerta dereliquit. —

Florentiae (a. 1401. *) in vacua pene vrbe, a qua ciues magno effugerant numero, ſupra triginta hominum milia abſumpſit *lues*. —

In agro **) Piceno ortus infans dentibus ſex, facie inſolitae magnitudinis. —

Eo tempore (a. 1482. ***) *fames* et *febris peſtilens*, homines ad inſaniam adigens, ex *vermibus in capite* natis famem illam ſecuta, multos mortales inuaſit atque ademit. —

Alexander Zizymi fratrem magni Turcae, dederat regi Carolo, ſed prius, vt ſuſpicatum eſt, *venenatum toxico* ****), vnde traditus Carolo ſtatim moritur. —

VIII.

*) Ib. p. 133. a. *Lues* pro *peſte*, quo ſenſu etiam p. 134. et 146. ſumitur.

**) Ib. p. 137. b. Notas et gradus monſtrorum, praeſertim quoad caput et faciem, egregie expreſſit Sömmerring.

***) Incerti auct. Continuat. p. 150. b. Solet febris peſtilens eſſe cum delirio, *vermium in capite* i. e. pediculorum magna vis creberrime per omnem oris ambitum ambulantium. *Phthiriaſis* ſ. *pedicularis morbus* eſt. v. Q. Seren. Samonic. De Medicin. c. 5. p. 15. ed. Ackermann.

****) Ib. p. 151. b. *Venenatus toxico* i. arſenici liquore.

VIII.

CHRONICON VRSPERGENSE *).

Et, euaginato cultro, voluit eam (Brvnihildim) transfigere, ſed illa a circumſtantibus erepta eſt. Poſt haec odio nimio infecta, *potionem venenatam* **) per miniſtros ſuos ei direxit, quam ille bibens mortuus eſt. Talia refert hiſtoria Francorum. —

Puellam (Attila) quandam valde ſpecioſam ſibi coniunxit. Ob cuius nuptias profuſa exercens conuiuia, dum tantum vini, quantum antea nunquam in ſemel, bibiſſet, dormiensque ſupinus iaceret, nimia *ſanguinis eruptione* ***), quod ei *de naribus* effluere ſolebat, ſuffocatus eſt. — Sequenti vero

*) *Chronicon Abbatis Vrspergen. a Nino rege Aſſyriorum magno: vſque ad Fridericum II. Romanorum Imperatorem.* — In calce; *Joannes Miller ſollertia ſua Auguſtae Vindelicorum imprimi fecit M. D. XV.* f. Extat codex perantiquus in bibliotheca academica. Vixit ſeculo XII. Ita enim ille: Mortuo Gelasio II. a. 1119. *congregati in vnum epiſcopi cardinales et centum clerici et laici Romanorum inuitum me penitus renitentem in Romanae eccleſiae pontificem*, Calistvm, *vnanimiter aſſumpſerunt.*

**) *Potio venenata* i. e. ex arſenico immixto.

***) Periit ex nimia narium haemorrhagia, cauſſae praegreſſae ſunt et largior vini potus, et venus ſtrenua, hinc factus orgaſmus et congeſtio. Fluor ſanguinis auertit apoplexiam, (haec imminebat, ſupinus iacuit et ſine conſcientia) ſiſti et reprimi forte poterat.

vero luce, cum magna diei pars exacta fuiſſet, miniſtri regis poſt clamores maximos fores effringunt, inueniuntque Attilam *sine vllo vulnere ſanguinis effuſione* mortuum, puellamque demiſſo vultu ſub velamine lacrimantem. —

Rosemvnda cum conſenſiſſet, quadam die, dum Helmichis ad balneum iret, perrexit cum eo, vt ei deſeruiret, portans ſecum *venenum* *), quo eum interficeret. Cumque ille de balneo exiret, porrexit ei *venenum in poculo* dicens, ſi hoc biberis, magnam ſalutem inde habebis. Qui cum biberet, ac venenum eſſe ſentiret, apprehenſo gladio, Rosemvndam per capillos tenuit, et venenum, quod remanſerat, illam bibere coegit, ſicque dei iudicio ambo perierunt veneno. — Nec enim Romanis illo tempore virtus fuit, vt reſiſtere poſſent Longobardis, quia et *mortalitas* **), quae ſub Narsete fuit, et *fames*, quae poſtea venit, omnem Italiam diſſipavit. —

Hoc tempore inundatio aquarum facta eſt in Italia, et *peſtilentia* illa, pro qua Gre-

*) Venenum ex arſenico, cum et praeſentaneum ſit, et ſaporis odorisque expers, certe celari poſſit, ſed ſenſu poſt hauſtum facile ſe prodat.

**) *Mortalitas* i. e. peſtis, lues in populo graſſans.

Gregorivs septiformem letaniam *) instituit. —

Leo papa deiectus de equo et *erutis oculis* eius, *linguaque amputata* **), nudus ac semiuiuus in media platea dimissus est. Quidam autem dicunt, quod vnum tantum oculum sibi eruerent, alii vero neutrum, sed rasoriis per medios oculos inciderent, nec tamen visum auferrent. —

Anno domini dcccxx. propter iuges pluvias et aërem nimio humore resolutum magna incommoda contigerunt. Nam et *hominum*, et *boum pestilentia* ***) grassata est. Frumenta quoque et legumina corrupta sunt. —

Hoc anno (a. 823.) prodigia quaedam extitisse narrantur. — Puella quaedam annorum circiter XII. post sacram communionem, quam in pascha de manu sacerdotis accepit, *sine omni victus desiderio* plenum *biennium* ****)

vsque

*) *Letania* pro litania, *septiformis* vero et *maior*, ab Gregorio VII. cal. a. 590. scripta, est eadem. V. Dv Cange Glossar. T. IV. p. 429.

**) Haec vulnera per se non letalia, sed falsum est visum non laesum esse, cum *rasoriis per medios oculos inciderent.* Talia miracula effingere magnae inscientiae et impudentiae clericalis signum est.

***) Hanc etiam Pavlet l. cit. p. 47. ab nimia pluvia et inundatione ortam narrat.

****) Cf. Diss. de ieiunio vero et ficto, Jen. 1794. Subest, ni fallor, sacra fraus, et ista inedia commen-

vſque in tertium annum dimidium complevit, nulla penitus corporis alimenta percipiens. Coepit autem ieiunare anno dominicae incarnationis dcccxxiii. a paſcha, et in dcccxxv. circa initium Nouembris, peracto ieiunio, cibum ſumere, ac ceterorum hominum more manducando viuere coepit. —

Anno domini dcccxcviii. magna *fames* *) homines ſe inuicem comedere perſuaſit. — Formoso defuncto, et Arnolfo in patria miſerabili morte, ſcilicet *vermium*, quos *pediculos* dicunt, tanta ſcaturitione, vt nullis medicorum curis minui poſſent, extincto, is, qui poſt necem Formosi conſtitutus eſt, expellitur. —

Caeſis plurimis, Heinricvs vehementer in *brachio* eſt *percuſſus* **), et quanquam loricae

mentitia, cum ſine cibo ac potu conſiſtere nemo poſſit, neque liceat homini poſt triennium *cibum ſumere ac ceterorum hominum more manducando viuere*. Macie ac fame confectus, viſcerum facto coalitu, in primis ventriculi, nec manducare amplius, nec concoquere cibos poteſt.

*) Famis tantae vim, vt homines hominibus veſcerentur, praeclare deſcripſit Abdallatif *Merkwürd. Aegypt. Abſchn.* 2. S. 304. ſeq. hiſtorice confirmauit Walther l. *Von Menſchenfreſſenden Völkern und Menſchenopfern, Hof* 1785. cf. Diſſ. De anthropophago Bercano, Sect. II. Jen. 1793.

**) A concuſſione vehementi peſſima mala, inprimis effuſio humorum, hinc *liuor*, ab vi neruis illata *dolor* per annum reſiduus.

loricae triplicis fortitudo vſque ad carnem non admitteret enſis aciem, pondere tamen percuſſionis acerbae brachium adeo eſt *in liuorem* conuerſum, vt nullis medicorum curis ita mederi poſſet, quin toto illo anno percurrente dolorem magnum ſentiret. — Gisilbertvs in fluentum equo proſiliens *vndis ſubmergitur* *), quas quia abſorbere non potuit, anima recedente, defecit. — Proxima nocte (Otto) laetus ad menſam conſedit, — ſed, peracto cantu euangelii, *aeſtuare ac fatigari* **) iam coepit. Quod cum intellexiſſent principes circumſtantes, impoſuerunt eum ſedili, inclinantem autem caput, quaſi iam defeciſſet, refocillauerunt eum, expetitoque ſacramento dominico et accepto, ſine gemitu cum magna tranquillitate ſpiritum reddidit domino. —

Peſtis pecudum maxima, hiems dura fuit et niuoſa. — Anno domini M. XCII *peſtilentia* magna facta eſt *hominum* atque *pecudum*. — Eclipſis ſolis facta eſt IX. cal. Octobr. hora tertia, et *mortalitas* ****) magna ſubſecuta eſt. Anno domini M. XCIIII. eccleſia *mor-*

*) Suffocatus periit, ſecluſo ſpiritu.

**) Lipothymia correptus obiit.

***) Ad a. 1044. Hanc ad a. 1043. referunt alii hiſtorici, v. Pavlet l. c. p. 49.

****) Hanc etiam poſt cometen ortam dicit Cardilvcs l. c. p. 91.

mortalitate *) immensa incredibiliter vastata est, insuper *pestilentia*, turbinibus, imbrium inundationibus, cladibus nimium afflicta. —

Cometes apparuit. Eo anno (1097. **) aestas fertilissima, hiems vero lenis et *pestilens* fuit, imbrium et fluminum inundationes nimis increuerunt. —

Quid referam temporibus ipsis *mulierem* quandam *duobus annis* continuis *impraegnatam* ***), tandemque, dirupto vtero, *filium loquen-*

*) *Mortalitas* opposita *pestilentiae* videtur febrem epidemicam indicare, sed haec fere habet indolem pestis. v. Orraevs l. cit. p. 193. *Quae in initio pestis occurrunt febres petechiales, in vigore affectiones variae morbosae, et in fine febres malignae, quantumuis a peste ipsa diuersae appareant, eam tamen proxima cognatione attingere et a miasmate pestilenti produci videntur.*

**) Etiam hunc scripsit Cardil. ib. p. 91. euenta eadem.

***) Casus tales extant plurimi. v. Weinknecht De Concept. extrauterina, Hal. 1791. et Devtsch De Grauidit. abdom. singulari obs. ad tabb. 4. aen. illustrata, ib. 1792. Foetus induratos alii memorant. v. Foetus viui ex matre viua sine alterutrius vitae periculo caesura a Franc. Rovsseto — adiect. Io. Albosii Foetus per annos 28. in vtero contenti et lapidefacti historia, Basil. 1591. p. 342. et repetit. Hysterotomotokia, Basil. 1592. p. 240. sq. Historia foetus Mussipontani extra vterum in abdom. reperti et lapidescentis c. adiect. varior. comment. Frft. 1669. Lavr. Stravssii Resolutio Casus Mussipont. ed. alt. Darmst. 1662. Camerarii Diss. de foetu 46. annorum, Tub. 1720. Walter *Geschichte einer Frau, die in ihrem Unterleibe ein verhärtetes Kind 22. Jahre getragen hat*, Berl. 1778. c. f. et Gerson *Beobacht. bey einer Frau, die eine Frucht in ihrer Muttertrompete 3 Jahre und*

loquentem fudiſſe, itemque infantulum per omnia bimembrem, alterum vero capite binis capitibus exortos fuiſſe, pullos etiam equarum dentes maiores, quos equinos vulgo appellamus, quosque non, niſi trinis caballis natura concedit, in ipſo partu protuliſſe? —

Johannes, Spirenſis epiſcopus, tactus *vlcere* quodam *circa verenda*, de quo etiam aliqua

und einige Monathe getragen, welche durch den Hintern entbunden worden, *Hamb.* 1784. Vterum etiam ruptum ſub partu eſſe alii auctores docent. v. H. N. Crantz (Comm. de rupto in partus doloribus a foetu vtero, Lipſ. 1756. et Andr. Dovglas (Obſ. on an extraordinary Caſe of ruptured Vterus, Lond. 1785.), matre mortua, rariſſime ſuperſtite, ſed hoc ne per ſomnium quidem viderunt, foetum duobus annis vtero incluſum, ruptis demum repagulis, in lucem editum et locutum fuiſſe ſcilicet. Quam vacuum et inane monachi cerebrum eſt, ſi de natura rerum et hominum quaeritur!

*) Cf. Meckel v. Schmidt Diſſ. de vlceribus virgae, Hal. 1790. loca claſſica edenda curaui Aphrodisiac. Jen. 1789. P. I. Talia vlcera verendorum ſcribuntur a medicis et chirurgis ante, quam lues venerea increbreſceret, haud raro contracta ab impuro coitu. Maiores menſtrua quam maxime incuſabant, hinc a re venerea abſtinere iubebant, fluentibus illis. Ita enim Mich. Scotvs Federico *Imp.* ſcripſit c. 6. (De procreatione et hominis phyſionomia opus. M. CCCC. LXXVII.) *Si mulier fluxum patiatur, et vir eam cognoſcat, facile ſibi virga viciatur, vt patet in adoleſcentulis, qui hoc ignorantes viciantur quandoque virga, quandoque lepra. Et ſi mulier tunc concipiat, conceptus efficietur vicioſus defectu membri* etc.

aliqua notabilia diffamabantur, longa deficiens infirmitate, humatur in monasterio Sunninshaim. —

Ille (conuersus) in tantam proteruiam erupit, vt episcopum, ante altare in oratione stantem, *cultro perfoderit* *), vnde post triduum venerandus ad Christum migrauit. —

Anno dominicae incarnationis M. CXXV. hiemem asperrimam, ver tempestuosum, *fames* validissima ac *mortalitas* crudelissima secutae, tantam stragem per vniuersas prouincias, maxime tamen de vulgaribus dederunt, vt pene tertia pars populi notaretur occubuisse. —

Puero cuidam in pago Tullifelt nato *crus dextrum diutino liuore* *) *tumefactum* tan-

*) Vulnus inflictum a latere vel tergo et in interiora adactum ob partes nobiles laesas absolute letale est.

**) Sine dubio id, quod effluxit, granulis adiposis constitit, hinc fabulae origo. Fuit tumor cysticus, quem a materia contenta *steatoma* dicunt chirurgi, constans nonnunquam vesiculis veluti agglutinatis et rotundatis, nec inflammatione, nec suppuratione discuti solitis. Nam si *crus liuore diutino tumefactum* a contusione vel quauis alia violentia natum erat, debebat etiam inflammari, cum talis sugillatio humorem e vasis dilatatis ac ruptis profusum indicet, neque reprimi se patiatur, relinquebantur ergo vel suppuratio et puris fluor, vel gangraena. Sit ergo fides penes auctorem. Fraus mihi subesse videtur.

tandem loco collecti puris crepuit, et pro ſanie, mirabile dictu! grana non pauca tritici, ſiliginis, farris, hordei ac auenae euidenter effudit. —

Hoc anno nonnullos ex nobilibus vna cum innumera multitudine vulgarium ſaeviens *mortalitas* abſumpſit. — Nam poſt vulgi ſtragem immenſam tam *fame*, quam *peſtilentia* iudicio diuino parata, lues tanta tamque indifferens per populos vbique graſſari coepit, vt nulli conditioni, ſexui vel aetati parcendum fore mors minitaretur pallida, vixque viui ſufficerent ad curanda defungentium cadauera.

IX.

GOBELINVS PERSONA *).

KAROLVS **) cum vidit ſe non poſſe regnum viribus obtinere, ordinauit, prout fama vulgari volauerat, a quadam medico *veneno intoxicari* GVNTHERVM, qui ibidem extinctus

eſt.

*) GOBELINI *Perſonae Coſmodromium h. e. Chronicon vniuerſale complectens res eccleſiae et reip. ab O. C. vſque ad A. C.* 1418. in MEIBOM. Rer. German. Script. T. I. Natus a. 1358. ergo teſtis oculatus et fide dignus, ſi de rebus ad finem ſeculi XIV. quaeritur.

**) Aet. 6. c. 69. p. 284. T. I. Hanc accuſationem etiam refert SCHIPHOVER Chron. Oldenburg. Archicomit. p. 157. T. II. Similia facinora etiam noſtra aetate fieri et facta eſſe, inter omnes conſtat.

eſt. — Et tandem *) *podagrae* et *paralyſis* vexatus incommodis aſſumſit adiutorem. —

Anno M. CCC. L. tam grauis *peſtilentiae* **) morbus per Germaniam vndique deſaeuiit, quod non erat in memoria hominum ſimilem peſtilentiam ante fuiſſe. Vnde in hunc vſque diem, quamuis multae peſtilentiae interim fuerunt, *mortalitas magna* nominatur. Deducebantur quidem corpora morientium prae nimia multitudine, ſuperſtitibus ad ferendum ea non ſufficientibus, in plauſtris et carris ad coemiteria in ciuitate Paderbornenſi, et multi adhuc intra ſepulcra viui palpitantes ex anguſtia ſeu deſperatione vel inaduertentia ſepelientium terra obruti ſunt. Et poſt hunc annum raro ceſſauerunt *peſtilentiae particulares per Germaniam*, et maxime quolibet anno ſeptimo poſt annum praedictum vſque ad annum domini M. CCC. LXXXIII. incluſiue, in quo magna peſtilentia per Alemaniam et Italiam inualuit.

*) P. 285. *Paralyſis* i. e. impotentia pedum.

**) Aet. 6. c. 69. p. 285. T. I. Hanc peſtem etiam repetiit Schiphover Chron. Archiepiſc. Oldenburg. ib. c. II. p. 157. T. II. ad viuum deſcripſit Sprengel l. cit. n. 3. p. 36. ſeq. ſub nomine. *der ſchwarze Tod der Jahre* 1348—50. Legenti hiſtoriam tanti tamque horrendi morbi horret mens ſtupentque capilli. Dari etiam conſtitutionem peſtilentem per annos durantem, (ſtationariam nuper dixit Stoll) inde ſatis liquet. Ex hiſtoricis huius aetatis multis probatum iuit Sprengel.

luit. Et deinde *peſtilentiae* in vlteriores annos in ciuitate Paderborne et locis circumvicinis delatae nondum ad praeſens ceſſauerunt. —

Anno domini M. CCC. LXXXIII. miranda et inaudita peſtis *) Aquisgrani et Coloniae ac in aliis ciuitatibus et locis circa Rhenum orta eſt. Nam plurimi vtriusque ſexus homines, quaſi furia bacchantes, per plateas, eccleſias ſeu domos *more choriſantium ſaltabant*, et tandem quaſi amentes cadebant in terram, et faſcia cincti ventrem, quaſi rupturam ex tumore metuentes, fortiter quodam ligno per transuerſum faſciae transmiſſo reſtrinxerunt. Nec hoc eis ſatis erat, quoniam etiam aſtantes ventres ſic cadentium pedibus calcare poſcentur, ita, vt vnus ſic cadens duos aut tres ſe calcantes impetu ventris eleuaret. Inſuper pannum rubrum et calceos roſtratos ſe abominari finxerunt. Vnde primum videntibus eos magnum incuſſerunt horrorem, ſed poſtea compertum eſt, plures

*) Ib. c. 69. p. 286. T. I. An *chorea S. Viti*, cum ſub menſe Auguſto facta eſſe dicatur, eaque *epidemica*? An tarantiſmus, morbus fictus ſcilicet? Non ſatis liquet. Fraudem ipſam auctor memorat. Poterant etiam, cum magna phantaſiae vis ſit, teſte idoneo BOERHAAVE (De Morb. Neruor. ed. VAN EEMS T. II. p. 458. ſeq.) alii in conſenſum rapi, ſimilique vitio affici. Ipſe probe noui puellam epilepticam, quae cum acceſſione tentatur, ceterae ſorores ſimiliter conuulſae ſpectantur.

plures ex eis fuiſſe fallaces. An autem aliqui eorum vere fuerint aliquo tali morbo detenti ſeu ſpiritibus immundis obſeſſi, manſit incertum. —

Eo tempore *) quidam vir Ianuae habitauit, qui licet *absque manibus natus* erat, et cum hoc *pedibus ambobus* a natiuitate *caruit*, lagunculas nouas, quae *barilia* **) vulgo vocantur, fecit opere mechanico tam bonas, quaſi ambas manus haberet. Quod multotiens ego cernens, ab ipſo fieri, non ſolum in opere ipſius admiratus, verum etiam quod ipſe manibus et cum hac magna parte brachii inter cubitum et manum ex vtroque latere carens illam artem attentare praeſumſit. —

Iſto eodem menſe Ianuario (a. 1409. ***) in ciuitate Paderbornenſi natum eſt *monſtrum*, cuius tanta fuit deformitas, quod mulieres ipſum videntes et tractantes expeditam relatio-

*) Aet. 6. c. 81. p. 310. Narrat SCHENCK (Hiſtor. Monſtror. p. 28. ſeq.) exempla ſimilia, iconem THOM. SCHWEIKERI addit, qui natus ſine brachiis, litteras pedibus pingebat, edebat, libros ligabat, numos tractabat et veſtibus ſe induebat cet.

**) *Barile*, *Bariglc*, *Barillus*, *Barillatium*, *Bariola* ap. DU FRESNE Gloſſar. T. I. p. 587. eſt *cadus*, *dolium*, *amphora*, *dolichium*.

***) Aet. 6. c. 89. p. 327. Adſimile monſtrum manibus pedibusque anſerinis refert SCHENCK l. c. n. 28. p. 38.

tionem de illo facere non valebant, quoniam loco crurum et pedum plures decifiones, tanquam caudas fe fimul inuoluentes, et loco brachiorum fimiles partitiones fe mutuo cancellantes et inuoluentes, et duas facies habebat, et natum fuit ex fornicario coitu cuiusdam presbyteri. —

Et deinde in menfe Aprili natum eft aliud monftrum, quod in pectore et ventre, tanquam vnum corpus conglutinatum, quatuor brachia fe complectentia et duas facies ac difcretionem foeminei fexus habebat. — Praedictis monftris affentire videtur, quod anno fequente natus eft puer mafculus *carens lingua* et habens retro fub occipite in ceruice pudenda virilia, et nihilominus membra pudenda habebat in loco debito. —

X.

IOANNES SCHIPHOWER *).

Peftis**) miferanda et lugubris illo tempore incepit, quae primo in Weftphalia Ofenbrugenfi

*) *Ioannis Schiphoweri Chronicon Archicomitum Oldenburgenfium*, T. II. p. 188. *Meibom.* Rer. Germ. Scriptor. Finit a. 1508.

**) Erat fub hoc tempore conftitutio peftilens inde ab a. 1492—1509. et amplius, vt ENGEL (*Tractat von der Peftilenz*, *Augfp.* 1518. c. 1.) litteris confignatum reliquit; pluuiae et inundationes crebrae, (v. NIC.

brugensi in ciuitate anno MCCCCXCIIII. et Bremis ac Hamborg incipiens passimque iterum per prouincias irrepens, et hoc MCCCCXCV. in Stadis, Lubeck — adeo desaeuiit, et quidem ita inclementer, vt horrescat calamus luem huiusmodi depingere, quae plurimos iuuenes strauit innumerosque ciues extinxit, nec aliud video, quam multos timore pauoreque contabescere. Iam pestifer annus nobis incubuit, mortique fauit densissimus aer, multus vndique dolor, multi lugubres eiulatus. — Propter istam pestem ego terrore concussus, veluti amens, monasterium Tangeklemense deserui. —

Anno, (1500.*) quo supra fuit hiems multum ardua et nix multa, quae in pluribus locis durauit vsque ad festum pentecostes, et tunc in pluuia periit, et fuit maxima aquarum inundatio, quod *pecora* communi-

(v.) Nic. Leonicen. (De epidemia, quam vulgo morbum Gallicum vocant, Venet. 1498.) hinc anni mortibus insignes. Cf. de his egregie differentem Sprengel l. cit. p. 42. seq. Huc etiam pertinet Rom. Inscript. *de peste inguinaria*, qua Marivs Antonivs a. 1495. periisse dicitur, qualiter etiam a. 1453. et 1454. in Flandria saeuiit. v. Extraits et Notices des Manuscrits de la Biblioth. du Roi T. I. Par. 1787.

*) Ib. p. 190. T. II. Hi pecorum morbi, quatenus ab frigore vel caelo pluuio pendent, nostris regionibus magiis proprii sunt, quam qui ab siccitate oriuntur.

muniter perierunt. — Anno MDIIII. fuit maximus terrae motus. — Eodem tempore fuit grandis *peſtilentia* in Bremis — in qua quam plures extincti ſunt. Similiter anno MDII. in ciuitate Oldenborgenſi vltra quatuor millia obierunt. —

XI.

CHRONICON MAGDEBVRGENSE *).

Mortuus eſt poſt factam iſtam electionem marchio ALBERTVS, princeps elector, moritur et ipſe dominus Imperator (FRIDERICVS III.) anno domini 1492. *detruncato* ſibi prius *vno crure* propter infirmitatem **) quandam ſibi euenientem.

Ipſe CAROLVS, rex Franciae anno 1495. Italiam intrauit cum multis millibus, et regnum Neapolitanum et Italiae ciuitates occupauit. Iſto anno et primum in eius exercitu grauiſſimus *morbus gallicus* ***) deſaeuit, adeo, quod in eius reditu Romae multi de hoc morbo infecti ſunt, et abinde quaſi in omnes vrbes et regiones viſus eſt.

*) *Anonymi Chronicon Archiepiſcopatus Magdeburgenſis* T. II. *Meibom.* Rer. Germ. Script. p. 370.

**) Propter gangraenam ſenilem, vt videtur.

***) De quo v. paullo poſt.

XII.

HENRICVS MEIBOMIVS *).

Huius (Lvdolfi Abbatis) temporibus circa annum iam dictum (a. 1493.) et ſequentes

*) *Henrici Meibomii Chronicon Marienthalenſe* ib. T. III. p. 273. Scripſit ad initium ſec. XVII. ideoque teſtis haud ſatis idoneus eſt. Sed diſpiciamus de factis. Annum 1493. rectius nominat, etiam nomina morbo indita hiſtoriae conſentiunt, (v. Grvneri Morbor. Antiquit. Vratisl. 1774. n. 4. p. 69. et 78. ſq.) et quae de propagatione ac communicatione refert, ſed falſae ſunt origines, quas memorat auctoritate aliorum fretus. *Aquarum in Italia inundationibus* tribuit quam maxime Nicol. Leonicenvs, (N. L. Vincentini in librum de Epidimia, quam Itali morbum gallicum vocant, ſ. a. et l. et ſ. graecis voc. quam ego editionem primam puto, repet. Aphrodiſ. ed. Boerh. T. I. p. 36.) *ſiderum adſpectui* plurimi huius aetatis medici adſignarunt, praeſertim Joseph. Grünbeck, (De Peſtilentiali Scorra p. 53. et De Mentulagra p. 63. ſq. Aphrodiſ. edit. noſtrae) *vino leproſorum ſanguine infecto* Andr. Caesalpin. (Specul. Hipp. med. IV. 2. p. 235. et c. 3. p. 237.) et prae ceteris Fioravanti (Del Teſoro della Vita Umana I, 14. p. 10. b. cf. de his Morb. Antiquit. l. cit.) repertis *noui orbis inſulis* ſub auctoribus Leonh. Schmavss (De Morb. Gall. Tract. Salisb. 1518. rec. Coll. Luiſ. p. 383.) et Vlrich de Hvtten (De Guaiaci Medicina et morbo gallico liber vnus. Mogunt. 1519. c. 1. et maxime c. 6.) rep. Coll. Aldin. 1535.) quem poſtea ſecuti ſunt tantum non omnes, prae ceteris Astrvc (De Morb. Vener. T. II.) et poſt eum Cl. Girtanner (*Abhandl. von der Luſtſeuche. Gott.* 1788. I. B.) ſed maſcule hanc opinionem, luem iſtam in his terris eſſe endemiam, confutauit Cl. Hensler (*Geſchichte d. Luſt-*

tes in florentiſſimo Italiae regno circa Neapolim, vbi CAROLVS VIII. Galliae rex, cum ALFONSO Aragonico bellum gerebat, graſſari coepit *lues* illa, quam alii *morbum Gallicum*, quod in Gallorum caſtris maxima ſaeviſſet,

d. Luſtſeuche I. B. Altona 1783. et *Ueber den Weſtind. Urſprung d. Luſtſeuche, Hamb.* 1789.) et ita concludit p. 92. *Bisher wiſſen wir weder von ihrem mohriſchen, noch von ihrem weſtindiſchen Urſprunge etwas ganz zuverläſsiges, obgleich der erſte noch wahrſcheinlicher iſt, als der letzte.* Plura huc pertinentia ſcripſit Cl. PERENOTTI, chirurgus Italus. v. Storia generale e ragionata dell' origine, dell' Eſſenza o ſpecifica qualità dell' infezzione venerea, in Torino 1788. *überſ. von Sprengel, Leipz.* 1791. Non ergo poteſt dici *morbus Indicus*, ſi de originibus primis quaeritur, neque *morbus Hiſpanicus*, cum Hiſpanorum claſſis poſt Gallos demum ad Italiam a. 1495. appulit. Lues vero ſub teſtibus fide digniſſimis iam ad finem a. 1492. certe ſub initio a. 1493. Romae graſſata eſt, neque, vt in prouerbio eſt, filius ante patrem eſſe poteſt. Ego vero nuperrime, fontibus nouis detectis, variis locis (v. Aphrodiſ. Praefat. I. et *Almanach f. Aerzte J.* 1792. *N.* 6. *S.* 51. *u.* 1793. *N.* 7. S. 69. et *J.* 1794. *N.* 11. *S.* 229. maximeque Script. De Morbo Gall. Jen. 1793.), praeter peſtem tunc temporis epidemicam, Maranos ſub hoc tempore Hiſpania pulſos et Italiam peruagatos, vt luis venereae parentes, accuſaui, neque ſine veri ſpecie vel fide hiſtoria. Surrexit quidem aduerſarius (v. *Journal d. Erfind. d. Natur - und Arzneyk. St.* 5. et 6.) perſonatus, ſed ita in argumentando verſatur, vt in foro alieno litigare videatur. Cui idem regerere ſoleo, quod AVGVSTVS (MACROB. Saturn. II. 4.) *nomenclatori ſuo, de cuius obliuione querebatur, dicenti, numquid ad forum mandas? Accipe commendatitias, quia illic neminem noſti.*

viſſet, alii *Italicum* et *Neapolitanum* a loco, in quo ſaeuire coepit, alii alio nomine appellauerunt. Hodie citra nationum iniuriam *luem veneream* vocant, quod per venereum contactum praecipue ab vno in alium propagetur. Ex Italia poſtmodum non per Europam tantum, ſed vniuerſum pene orbem diffuſa nullas non nationes occupauit. Originem primam alii *aquarum in Italia inundationibus*, alii certo et maligno *ſiderum aſpectui*, alii *leproſorum ſanguini infecto*, alii aliis cauſſis transſcripſerunt. Doctiores a CHRISTOPHORO COLVMBO ex *noui orbis inſulis*, quos FERDINANDI Catholici Caſtellae Regis auſpiciis anno MCCCCXCII. detexerat, in quibus lues illa erat endemia, in Hiſpaniam primum atque inde ab infectis multis in Italiam delatam cenſuere. Vnde a prima patria, India orientali nempe, *morbus Indicus*, ab exportatoribus Hiſpanicis *Hiſpanicus* etiam dictus fuit. Morbus eſt praecipue libidinantibus et vagae veneri deditis ſamiliaris, ipſisque in poenam a ſummo numine datus. —

Sequente anno (1408. *) in Saxonia magna fuit annonae grauitas, cuius cauſſa exiſtimata fuit hiems ſolito aſperior diuturniorque. Multi homines *fame* perierunt. Secuta eſt *peſtis* non minus crudelis.

XIII.

*) *Chronic. Riddagshuſenſe* ib. p. 375. T. III.

XIII.

WILIELMVS *).

Ille (Edbaldvs) mox vbi metus abrupit frena, exſufflata chriſtianitate, nouercae quoque pudorem expugnauit, ſed ne omnino in praeceps ferretur, diuinae miſerationis auſteritas obicem oppoſuit. Confeſtim enim, regulis rebellantibus, regni mutilatus diſpendio, et per horas *crebro afflatus daemonio* **), contumacis perſidiae poenas pendebat. — Benedictvs ***) ictus *paralyſi* tam valide, vt nihil artuum ei eſſet flexibile. —

Beda ****) continuis hebdomadibus *ſtomachi indignatione cibos nauſeans*, aegroque et anguſto ſpiritu habitum producens, adeo, vt eum incommoditas lecto proſterneret. — Si quando

*) *Rerum Anglicarum Scriptores poſt Bedam praecipui ex vetuſtiſſimus codicibus manuſcriptis nunc primum in lucem editi. Franc. M. DCI. f. Willielmi monachi Malmesburienſis De Geſtis Regum Anglorum* Lib. II. c. 1. p. 10.

**) *Daemonio* i. e. acceſſione maniaca preſſus vixit per iram, rebus adeo male geſtis.

***) Ib. c. 3. p. 21.

****) Ib. c. 3. p. 23. *Indignatio ſtomachi* eadem, quae *grauatio ſtomachi* ap. Gariopont. L. II. c. 17. p. 32. origo cum nauſea iuncta eſt *concoctio mala*, quae Gariopont. ib. dicitur *debilitatio ſtomachi, ex appetitu cibi ceſſante et paruo pulſu, cum animi et membrorum defectione, ſudore, cum caligine oculorum.* Mortem ſine dubio praeceſſit oedema pedum male ominoſum.

quando ſopor irreperet palpebris, qui erat modicus et grauis, confeſtim excuſſus turbatusque affectum deo intentum voce prodebat. — Inualeſcente ad extremum incommodo, *modicus tumor in pedibus* apparuit, haud dubius vicinae mortis praeſagus et index.

Eadbvrga *) Brithnico regi nupta, benignum virum, in perniciem infantum nequam conſiliis armare, quos vero inſimulare nequibat, *potionibus noxiis* intercipere ſolebat. Compertum eſt in quodam adoleſcentulo regi dilectiſſimo, quem illa *veneno* ſuſtulit, confeſtimque Bithricvs decubuit, *tabuit* et deceſſit eo, quod *ex potu* ſine reginae conſcientia praeguſtauerat. Effuſus ergo excedere rumor in vulgus *veneficam* regno coegit. —

Adoleſcentula **) iuxta parilitatem natalium virum habens, ſed fructu coniugii carens,

*) Lib. II. 2. p. 40. *Potio noxia* i. aqua Toffana recentiorum, cuius vis ac virulentia in eo potiſſimum cernitur, vt illico vel lente contabeſcant miſeri. Hanc vero arſenico albo cryſtalliſato conſtare, poſt Garellivm copioſe docuit et exemplis comprobauit Moehsen *Beſchreib. einer Berlin. Medaill. Sammlung. I. Theil.* S. 148. ſeq.

**) L. II. c. 13. p. 91. Miracula nominat auctor, etiam caecos ſanatos, ſed fides ſit penes monachum. S. Bennonis (Script. de morbo gallic. Jen. 1793. n. 9. p. 247.) non credimus, quae morbi ſympto-

rens, *luxuriantibus circa collum humoribus*, turpem valetudinem contraxerat, *glandulis protuberantibus* horrenda. Iuſſa ſomnio lavaturam regis exquirere, curiam ingreditur. Rex ipſe per ſe opus pietatis adimplens, digitis aqua intinctis, collum pertractat mulieris, medicam dextram ſanitas feſtiua ſequitur, *letalis cruſta* diſſoluitur, ita, vt, vermibus cum ſanie profluentibus, omnis ille noxius tumor recederet *). Sed quia hiatus vlcerum foedus et patulus erat, praecepit eam vſque ad integram ſanitatem curialibus ſtipendiis ſuſtentari, verum tamen apte ſeptimanam exactam ita obductis cicatricibus, venuſta cutis rediit, vt nihil praeteriti morbi diſcerneres. Poſt annum quoque geminam prolem enixa, ſanctitatis EDWARDI miraculum auxit. Multotiens eum in Normannia hanc peſtem ſedaſſe ferunt, qui interius eius vitam nouerunt. Vnde noſtro tempore quidam falſam inſinuant operam, qui aſſeuerant iſtius morbi curationem non ex ſanctitate, ſed ex regalis proſapiae hereditate fluxiſſe. —

Anno

ſymptomata ſub initio ſeculi XVI. in Germania fuerint, exinde colligimus. Hic eſt locus claſſicus de virtute regum Angliae miraculoſa morbos, maxime *ſcrophulas*, ſanandi. Has etiamnum Angli nominant *Kings evil*. Fuerunt ſine dubio *ſcrophulae exulceratae*, quae vix tam cito curam admittere poſſunt.

*) Leg. *reſideret* vel *deſideret*: Nam tumores deſidere ſolent, humore expreſſo.

Anno, antequam moreretur, (Willielmvs I. *) proximo *mortalitas hominum et iumentorum*, vis tempeſtatum frequens, violentia fulgurum, quantam nemo viderat, nemo audierat. —

Illo quoque anno, quo obiit, *promiſcua febris*, plus, quam dimidiam partem plebis depaſta, adeo, vt plures incommoditas morbi extingueret, deinde pro intemperie aeris *fames* ſubſequuta vulgo irrepſit, vt, quod febribus erat reliquum, ipſa corriperet. —

Is (Waltervs **) ſolus cum eo (Willielmo II.) remanſerat — pulchrum facinus animo parturiens, vt, rege alias interim intento, ipſe alterum ceruum, qui forte propter tranſibat, proſterneret, inſcius et impotens regium *pectus letali arundine traiecit*. Saucius ille nullum verbum emiſit, ſed, ligno ſagittae, quantum extra corpus extabat, effracto, moxque ſuper vulnus cadens mortem accelerauit. Accurrit Waltervs, ſed quia nec ſenſum, nec vocem hauſit, perniciter cornipedem inſiliens, beneficio calcarium probe euaſit. —

Et

*) Ib. L. III. p. 110. *Promiſcua febris* i. e. epidemica, quae nemini parcere ſolet, forte *catarrhalis peſtilens*, cum, quae peſtem vel antecedunt morborum genera, vel inſequuntur, naturam peſtilentem habeant vel diſſimulent.

**) Ib. L. IV. p. 126. Obiit hic Willielmvs II. a. 1100. Non. Aug. *vulnus* fuit *abſolute letale* ob laeſum cor, vaſa magna et pulmones ſcilicet.

Et iam deuaſtatis omnibus circa vrbem, (Antiochiam *) quae ad victum poterant parari, temeraria *fames*, quae tuta etiam expugnare ſolet, exercitum inceſſere coeperat adeo, vt, nondum ſurgentibus in altam ſegetem culmis, quidam ſiliquas fabarum nondum adultarum pro ſummis deliciis amplecterentur, alii carnes iumentorum, alii alia coria aquis mollita, quidam carduos parum coctos per abraſas fauces vtero demittebant, quidam vel mures, vel talium quid deliciarum poſcentibus aliis venundabant, et eſurire ſuſtinebat prolato ieiunus venditor auro. Neque defuerunt, qui cadauera cadaueribus infarcirent humanis paſti carnibus, longe tamen et in montibus, ne nidore carnis aduſtae ceteri offenderentur. —

Comitiſſa **) Siciliae Ieroſolymam venit — illam (rex) thoro recepit, ſed non multo poſt dimiſit. Aiunt incommodo tactam, quo eius genitalia *cancer*, morbus incurabilis, exeſit. —

An-

*) Ib. L. IV. p. 139. pro *vtero* leg. *ventriculo*, cum id vitium per abbreuiaturam irrepſerit.

**) Ib. L. IV. p. 150. *Cancer vteri apertus* ſ. *exulceratus*, qui humorem exedentem plorat, malum corporis habitum inducit. Tunc vero mirae ſunt nuptiae regis vxorem ſumme cachecticam ducentis, propter opes apportatas ſcilicet.

Anno XXXI. regni *) HENRICI infesta *lues domesticorum animalium* totam peruagata est Angliam. Plenae porcorum harae subito vacuabantur, integra boum praesepia repente destituebantur. Durauit sequentibus annis eadem pestis, vt nulla omnino totius regni villa huius miseriae immunis alterius incommoda ridere posset. —

Post annos XVIIII. episcopatus (LANFRANCVS **) *febrim* nactus, cum medici consulti necessariam *potionem* respondissent, prius se confessione et viatico muniuit. Hinc, poculo sumto, sed in contrarium verso, efflauit, qualem semper optauerat exitum sortitus. Hoc enim domesticis confitebatur se dominum deprecari, vt vel *dissenteria*, vel *febri vrgente* moreretur, quod hae valetudines

*) Ib. Histor. Nouell. I. p. 177.

**) Ib. De Gestis Pontific. Anglor. L. I. p. 215. *Respondere* medicorum est, si de eo, quod faciendum sit, decernunt. *Potio* saepius sumitur pro medicina emetica s. laxante ad leniendam molliendamque aluum. Cur ideo se muniuerit viatico sacro, non liquet. Alia quaestio est de voti veritate. *Dissenteria* enim crebra desidendi cupiditate ac torminibus constat, ergo per dolorum vehementiam et memoria turbari, et loquela praepediri potest, *febris vrgens* fere cum delirio est, hinc potior *lienteria* i. e. aluus cum materia paullum cocta et sine dolore fluens, qua homo lente consumitur, *febre vrgente mori* est sub accessione. Sed ne sic quidem omnis difficultas sublata esse videtur. An *febris vrgens* posita pro *hectica*? Huic vero ista voti pars conuenit.

dines nec memoriam turbent, nec loquelam implicent. —

Cum ad castellum, quod feritatem vocant, venisset, (RADVLPHVS *)) foedissimum *vlcus faciem* eius inuasit et tumefecit, certum futurae paralyseos indicium. *Carbunculum* vocat PLINIVS SECVNDVS, peculiare vultus vitium, quod vel cutem ad ossa corrodat, vel medicorum praeuentum diligentia deformem cicatricem relinquat. Multis ergo diebus decubuit, sed postea, valetudine sedata, vel potius morte dilata, Romam peruenit. — Sed Angliam reuersus RADVLPHVS, veteri, quod diximus, paralysis incommodo indies aucto, angebatur, non vsque adeo tamen, vt solennia praetermitteret. Quanquam voce impeditior, at in consiliis non futilis author, imo ad iram acrior, quod sit illius valetudinis consuetudo, vel ad iracundiam agat animum. —

 Nec

*) Ib. De Gest. Pontif. Angl. I. p. 231. Obiit a. 1022. Recte hunc carbunculum descripsit BÜCKING (Vom gutartig. Carbunkel, Stendal, 1786.) et convenienter descriptioni, quam auctor dedit: Brevi enim in gangraenam abit. v. BERNSTEIN Chir. Wörterbuch B. I. S. 23. voc *Abscess. gangraenos.*) ille tamen faciem a vitio foedo immunem esse statuit. Sed hoc dubium est, quomodo carbunculus certum futurae paralyseos indicium esse ac dici, haec vero ab ira accendi augerique possit, cum haud raro linguae paralysin auferat.

Nec vero diu mansit in vita, cum morbus quotidie ferocior exitum maturaret. —

Hvgo *) post paucos ordinationis annos in *morbum incurabilem* incidit, siquidem regia valetudo *totum corpus* eius *purulentis vlceribus* occupans ad pudendum remedium transmisit. Nam credens asserentibus vnicum

*) Ib. De Gest. Pontif. Angl. II. p. 236. *Albaras vlcerosa*, an *lepra* dicenda sit, non liquet. Sed propius vitium abest a lepra, quoniam ista cutis deturpatio eoque in gradu huic solet esse propria. Erant vero leprosi ad coitum paullo propensiores, (Schilling, De Lepra §. 26 p. 20. T. III. Syllog. Balding.) ob propagationem morbi quam maxime suspecti, (Arnold. de Villa Nova De Morb. Curand. II. 37. p. 288. ed. Arg. 1541. et Dejean Beylage II. ap. Hensler Geschicht. d. abendländ. Aussatz. p. 109.) vlcerum foeditate aliis odiosi. Constabat etiam veteri obseruatione mulieres rarius in lepram incidere, crebrius viros, (Archigen. ap. Aetivm Tetrabibl. IV. Serm. I. c. 122. p. 665. Coll. Steph. et Dejean l. cit.) rarissime, si vnquam, castratos, (Archigen, ib.) hinc etiam castratio inde a vetustissimis temporibus in vsu fuit, commendata a medicis, salubris iudicata calidis hominibus, aduersa frigidis ab Rogerio, (Practic. Tract. II. c. 14. p. 226. a. Coll. Chirurg. Ven. 1498.) palliatiua et fallax dicta ab Arnaldo (ib. L. II. 26. p. 209. et maxime c. 47. p. 292.) reprobata ab Raymond. (Hist. de l'Elephantias. p. 78.) Ex his intelligitur ratio, cur medici anceps et desperatum remedium commendare maluerint, qam nullum. Confirmatur etiam hoc Arnaldi obseruatione. *Nota*, inquit, *quod per abscissionem testiculorum paleantur leprosi.*

cum fore ſubſidium, ſi vaſa, humorum receptacula,*) ferenda ſcilicet, exſecarentur, non abnuit. Itaque et opprobrium *ſpadonis* tulit epiſcopus, et nullum inuenit remedium, quoad vixit, *leproſus.* —

Sed nec ipſe ETHELWOLDVS **) a miraculis ociabatur — *mortiferum virus* fraudulentia miniſtrorum hauſtum, cum iam per artus irrepens depaſceretur vitalia, fide diſcuſſit. —

Stimulauit ***) differentem *morbus vxoris*, quo repente correpta *hianti rictu* et *ſpumanti vomitu* maritum exterruit, mox etiam maiori concuſſa *daemone* exanguis et elinguis cum diriguiſſet, exiliit ille et pontificiis pedibus affuſus, non grauate obtinuit a miſericordi antiſtite veniam. Statim enim ora-

*) Leg. *verenda*, in quibus fomes morbi foediſſimi latere credebatur.

**) Ib. De Geſt. pontif. Angl. II. p. 244. *Mortiferum virus* i. e. venenum. Sed medela nulla vel eſſe, vel cogitari poteſt, ſi jam vitalia vruntur.

***) Ib. De Geſt. Pontif. Anglor. L. III. p. 264. Ad miracula refertur, ſed, his miſſis, videamus de re ipſa. *Rigere* eſt proprium ſpaſmi, *daemon* ipſa *epilepſiae* acceſſio, quam praecedere poteſt *hians rictus* i. e. oris diſtorſio, ſequi ſolet ſpuma, ſed videtur fuiſſe epilepſia ſimulara, quia vera non patitur deglutire aquam benedictam vel ſimplicem.

orationem dedit, aquam benedictam gutturi hiantis infudit, et mulier morbo caruit, valetudinem bonam resumsit. —

WALTERVS *) succeſſit — cum indecoro exitu, niſi fama mentitur, exceſſit. Erat in villa muliercula, quam multo arſit tempore. — Intra cubiculum illam accerſiit, ſubiecerat cauſam, vt cubiculariis veſtes incideret. — Tum epiſcopo, poſt obſcoena dicta vim inferre paranti, foemina *forcipibus*, quas tenebat, *inguina ſuffodit.* —

Monachus **) quidam *morbo intercutis aquae* languebat. Iam turgida pellis in altum creuerat, iam grauis halitus aſtantes ſubmouebat, ipſe ſibi epotaturus totos amnes,

*) Ib. De Geſt. Pontif. Angl. L. IV. p. 286. Praeclarum caſtitatis praeſidium ſcilicet. Narrat Cl. KÜHN (Epiſt. de melanchol. genital. ſibi praecid.) virum, qui propter melancholiam, cum alterae iam inſtarent nuptiae, genitales partes nouacula ſibi abſciderat. Rumor eſt cl. chirurgum, BILGVERVM, alicui teſtes exſecuiſſe, vt purus ab libidinis ſtimulis eſſet.

**) Ib. De Geſt. Pontif. Angl. L. IV. p. 292. Iterum miraculoſa fons. Aegro adeo laboranti aqua intercute non licuit adire S. IVONEM, at vero licuit tantam aquae vim ingurgitare, vt copioſe vomeret, membra tumida detumerent. v. DAVIER DE BREVILLE Quaeſt. an leucophlegmatiae kermes minerale? N. 39. p. 282. T. II. in SIGWART. Quaeſt. med. Pariſ.

nes, exſiccaturus plena dolia videbatur. Admonitus in ſomnis ad ſanctum IVONEM perrexit, ibique tertio potata aqua, vndam ſuperflui humoris *ore reiecit*. Detumuit venter, remarcuerunt crura, et ne plura, totus homo in ſanitatem reuiruit, tandemque gloriatus eſt pro tam ſalubri vomitu ſe aliquando ſatiari poſſe de potu. —

XIIII.

HENRICVS HVNTINDONIENSIS *).

Anno ſequente (a. 617. **) venit quidam ſicarius, nomine EVMER — qui ſimulans legationem domini ſui cucurrit in regem cum *ſica bicipiti toxicata*. Quod videns LILLA, regius miniſter, interponens ſe ictui, transfixus eſt, et eodem ictu rex parumper vulneratus eſt, interfectoque alio equite, ſicarius ille gladiis caeſus eſt. —

 HEN-

*) *Henrici Archidiaconi Huntindonienſis Hiſtoriarum libri octo.* ibid.

**) Hiſtoriar. Lib. III. p. 327. Notiſſimae ſunt *ſagittae American. intoxicatae*, (v. FONTANA Abh. über das Viperngift, American. Gifte S. 284. ſeq.) certiſſime letiferae. Nuperrime talem venenandi et occidendi rationem regi ſuo intentarunt quidam Angi, ſi nouellis publicis ſua fides eſt.

Henricvs *) rex monetarios fere omnes totius Angliae fecit *ementulari* et *manus dextras abſcindi*, quia monetam furtiue corruperant. —

Quibus **) ſtimulationibus rex (Henricvs) in iram et animi rancorem excitatus eſt, quae a nonnullis cauſa naturalis refrigidationis, et poſtea mortis eius cauſa fuiſſe dictae ſunt. Cum igitur rex a venatu rediiſſet, in ſilua leonum comedit *carnes muraenarum*, quae ſemper ei nocebant, et ſemper eas amabat. Cum autem medicus hac comedi prohiberet, non acquieuit rex ſalubri conſilio, ſecundum quod dicitur,

Nitimur in vetitum ſemper cupimusque negata.

Haec igitur comeſtio, peſſimi humoris illatrix, et conſimilium vehemens excita-

*) Hiſtor. L. VII. p. 382. Paullo inferius ap. Rogeri de Hoveden Annal. Part. poſter. p. 772. dic. *Henricus magnates, euulſis oculis et abſciſſis teſticulis, excaecari et ementulari fecit. Ementulare* vero eſt *abſcindere mentulam*, turpe poenae genus.

**) Hiſtor. L. VII. p. 385., Muraenae apud Romanos celebratiſſimae deliciae, quarum varia iura deſcripſit Apicivs De Arte coquinar. X. 8. p. 270. ed. Liſter, cf. Nonni De Re Cibar. III. 17. p. 329. ſeq. relatae in cibis malae materiae et praui ſucci (Bruyerin. De Re Cibar. L. XIX. c. 17. p. 793. et Pavllini Coenar. Helena Anguilla Sect. 3. c. 1. p. 171.) febris ergo gaſtrica ab mala concoctione.

citatrix, ſenile corpus lethaliter refrigidans, ſubitam et ſummam perturbationem fecit. Contra quod natura renitens excitauit *febrem acutam* ad impetum diſſoluendum materiei grauiſſimae. Cum autem reſtare nulla vi poſſet, deceſſit rex. —

XV.

ROGERIVS DE HOVEDEN *)

Anno 987. Hoc anno *duae* retro ſeculis Anglorum genti incognitae *peſtes*, ſcilicet *febres hominum* et *lues animalium*, quae anglice *ſcitha* nominatur, latine autem *fluxus interaneorum* dici poteſt, totam Angliam plurimum vexauerunt, et clade perualida tam homines afficiendo, quam animalia penitus conſumendo per omnes fines Angliae inedicibiliter ſaeuierunt. —

Eodem anno (1053. **) dum ſecunda paſchalis feſtiuitas celebratur feria, Godwi-

G 5 no

*) *Rogeri de Hoveden Annalium Pars prior* ib. p. 427. Huius peſtis non meminit Paulet l. c. p. 49. puta, *dyſenteriae putridae contagioſae*, deſcripſit Willbvrg (Anleit. über Krankheit. d. Rindvieh. c. 27. p. 176.) ſub nomine, *rothes Bauchweh*.

**) Annal. pars prior. p. 443. Apoplexia correptus periit. Hanc fere praecedit vocis defectio, mors nonnunquam ad plures dies trahitur.

no comiti ex ſolito regi ad menſam aſſidenti ſuprema calamitas euenit. Graui etenim morbo ex improuiſo percuſſus, *mutus* in ipſa ſede declinauit. Quod filii videntes illum in camera regis portauerunt, ſperantes, eum poſt modicum de infirmitate conualeſcere, ſed ille expers virium quinta poſthaec feria vita deceſſit. —

Quadam *) die ſolenni, cum rex Anglorum, Eadwardvs, Londoniae eſſet coronatus, — ſedit quidam *leproſus vlceribus plenus* in via, qua rex tranſiturus erat. — Et cum rex appropinquaſſet illi, dixit ei leproſus, coniuro te per deum viuum, vt portes me in ſcapulis tuis vſque in eccleſiam. Et ſtatim rex, demiſſo capite, praecepit leproſum illum in collo ſuo poni, et factum eſt ita. Cumque rex procederet, precatus eſt dominum, vt ipſe ſanitatem redderet leproſo illi, et audita eſt eius oratio, et leproſus ſanus factus eſt ex hora illa. —

Eodem

*) Annal. Pars prior p. 447. Haec ad pietatem falſam pertinent, ad imitationem Christi ſoſpitatoris, hinc orti *pauperes Chriſti, morbo b. Lazari languentes*, quos excipere humeris, exoſculari, amplexari, lectulis reponere ſuis ſaniem exſugere (Breuiar. Rom. 19. et 21. Jun. 8. et 20. Jul. 13. et 19. Nov. rel. moris erat. Hinc lepra peccatorum piaculum habebatur, hinc per clandeſtinum ſacerdotum coitum cum feminis piis communicata, de qua vid. Hensler Vom abendland. Auſſatze. p. 162.

Eodem*) anno (1095.) cum induratum esset cor Limpoldi, ducis Austriae; — flagellauit dominus corpus suum in hunc modum. — Dum idem dux exiret, vt cum militibus suis luderet, cecidit equus super eum, et *confregit pedem* eius, adeo, quod ossa hinc inde confracta per mediam cutem exeuntia ad latitudinem palmae exterius comparuerunt, et accedentes medici, quae credebant ei expedire, pedi illius apposuerunt. In crastino *pes* eius *denigratus* inuentus est et in eum statum conuersus, quod oportet eum, assentientibus medicis, *obtruncari.* Quod cum ipse fieri postularet, non est inventus, qui voluntati eius acquiesceret. Non enim ausus est aliquis vel potuit pro dolore in dominum suum manum imponere. Tandem filium et heredem suum conuenit rogans et praecipiens, quod pedem suum amputando dolori suo finem imponeret. Quod cum nec ipse facere vellet, accito camerario suo et ad hoc coacto, dux ipse dolarium manu propria tibiae apposuit, et ipse camerarius malleo

*) Annal. Pars poster. p. 748. *Fractura comminuta, completa, complicata tibiae et fibulae*, de qua v. Bernstein Chir. Wörterbuch 1. B. S. 521. *pedi apponere* i. e. reponere, *pes denigratus* indicat praesentem gangaenam vel ipsum sphacelum, *obtruncari* i. e. amputationem, *dolarium*, *dolatoria*, *doleria* i. e. dolabram s. cultrum, quo tibiam amputare cupiebat chirurgorum more, derelictus a medicis.

malleo vibrato vix trina percuſſione pedem obtruncauit, medici vero, appoſitis medicaminibus, cum eum in craſtino viſitarent, non inuenerunt in eo ſpem vitae. —

Rogervs de Ripvnt *), clericus, portitor litterarum, qui et *toxicum* portabat, inventus eſt Lundoniis. — Dicebat etiam, quod toxicum illud traditum ei fuerat ad perdendum magiſtrum Simonem, decanum, et quosdam canonicos. — Venit Lundonias decanus, et tradita ſunt ei venenum illud, et *annuli aurei*, et *zona* pulcherrima *toxicata* ad comburendum. —

XVI.

*) Annal. Pars poſter. p. 768. *Toxicum* iſthoc fuit ſine dubio arſenicum, ſine dubio idem, quod hodie dicitur *poudre de ſucceſſion*, ſi ſub forma pulueris clam datur, *aqua Toffana*, ſi liquida eſt. Haec etiam ſub nomine *Acquetta di Napoli* Romam ad perdendum alios (v. Keyssler ap. Moehsen l. cit. p. 150. T. I.) mittebatur, in Germania dic. *weiſſe Fiebertropfen*, in Gallia *l'eau mirable*, in Italia *aqua del Peteſino* cet. ſucco limonum et citri hactenus domanda, ſi recens malum eſt. De reliquis veneficorum artibus vide hiſtoricos, de hiſce venenis Plenck. Toxicolog. p. 335. ſeq.

XVI.

HERMANNVS DE LERBEKE *).

Ante **) ad biennium HENRICVS DE LÜBENBORG imperator coepit. — Hic anno vltimo *imperii* ſui Florentiam obſedit, ſed antequam Florentini ſe ſuae gratiae ſubiicerent, rebus exceſſit humanis, *febre* ſiquidem *ardentiſſima* correptus ſexta die periit. Et quia multum fuit pletoricus, *toto corpore denigratus* eſt, propterea is mendaciſſimus nebulo, HENRICVS, comes Flandriae, occaſionem veſaniae ſuae videtur aſſumpſiſſe, cum diceret imperatorem *non febre*, *ſed veneno* periiſſe. —

Peſtilentia ***) ſaeuiſſima populum deleuit, Iudaei vbique more pecudum mactabantur. — SIMON per *haſtiludium* lethaliter laeſus. —

XVII.

*) *Chronicon Comitum Schawenburgenſium* ib. T. I. in MEIBOM. Script. Rer. Germ. Pergit ab a. 1030. vſque ad a. 1404.

**) Ib. p. 514. Periit et *veneno*, et *febre* ex arſenico dato. Hoc enim ſolet ſe prodere febre ardentiſſima, ſubito occidere ob gangraenam citatam. v. HAHNEMANN von der Arſenikvergift. Th. 2. c. 3. §. 99. ſeq. p. 59. *Plethora*, vt cauſſa praediſponens, conſiderari poteſt.

***) Ib. p. 516. et p. 518. Eſt vero *haſtiludium* (DV FRESNE Gloſſar. T. IV. p. 26.) *quidam ludus militum*

XVII

HENRICVS WOLTERVS *).

Tunc **) in eodem anno contigit *chorea* in Saxonia, in monasterio S. Magni post matutinas a XV. viris et tribus mulieribus incipientibus in coemeterio ibidem, et dummodo presbyter primam missam celebrat, nec cessabant a chorea, nec a cantu inani. Presbyter egressus ecclesiam dixit monens eos, vt cessarent, responderunt se id non facturos. Egbertvs dixit, velit deus, quod sic integro anno chorisetis ***). Ipsi autem tru-

litum cum hastis, quando equites currunt et frangunt hastas. Hinc *hastiludiare hastiludere, hastilisare* dic. de iis, qui hastis confligunt, et tunc facile fieri potest, vt aliquis letiferum vulnus vel ab imprudentia, vel ab inflicta hasta accipiat. Dicitur etiam *torneamentum.*

*) *Henrici Wolteri Canonici Bremensis Archiepiscopatus Bremensis Chronicon* ap. *Meibom,* Script. Rer. Germ. T. II. p. 17. seq.

**) Ib. p. 32. Ex Gobelino Persona no. 9, operis commisimus *choream epidemicam,* haec vero fuit sine dubio *chorea S. Viti sporadica.* Cetera fabulam et fraudes sacras sapiunt, nec merentur fidem, nisi adscriptos velis *chorizantium sectae, in Germania et agro Leodiensi a.* 1374. *qui a daemonibus possessi choreis in plateis et in ecclesiis vacabant,* auctore ac teste Du Fresne Glossar. T. II. p. 404.

***) *Chorisare, choreare, choriare, chorizare* i. e. choream ducere.

trudebant eum, et vlterius cantauerunt. Vna mulier fuit vnius ſacerdotis filia — pater eius dixit filio ſuo Johanni, quod traheret per brachium eam de chorea, et *extraxit eius brachium de corpore*, et non exiuit ſanguis; et ipſa vlterius cantauit, et chориſauit cum aliis. Primo ſaltabant in terram vſque ad genua, deinde vſque ad nates, et ſic totum annum complebant. Nec pluuia, nec nix tetegerunt eos, nec comederunt, — calceamenta et veſtes eorum non veteraſcebant, nec vngues, nec crines eis creuere. Finito anno, abſorpti fuerunt a terra vſque ad latera. Tunc venit epiſcopus, et orauit pro eis — Ibi irruit in eos ſomnus, et dormierunt tres dies et tres noctes ſine intermiſſione. Vnus de eis - cum filia ſacerdotis et aliis duabus mulieribus prociderunt ad genua archiepiſcopi, et ſtatim emiſerunt ſpiritum, aliqui poſt reſuſcitationem a ſomno euigilabant, et ſe leuauerunt, et iuerunt domum, et cibum ſumſerunt, ſed vſque ad diem mortis non ſunt a tremore corporis liberati. —

Fuerunt (1077. *) tunc cara tempora, et tanta tunc fuit *fames* in mundo, et praeſertim in dioeceſi Bremenſi, quod propter cariſtiam annonae homines mortui et inedia conſum-

*) Ib. p. 44. T. II. Haec ad verbum repetiit *Jo. Schiphover* Chronic. Archicomit. Oldenburg. p. 144.

ſumti iacuerunt in plateis, et inuenti ſunt multi mortui. Legitur, quod in iſta cariſtia homines morti adiudicati de patibulo ſint ad comeſtionem depoſiti, et alia mira facta ſunt, quia mures, catti et canes comeſti ſunt, et pretio caro emebantur.

Anno (1438.*) eodem incepit *peſtilentia* a feſto Viti, et durauit in ſequentem annum, et deſaeuiit in omne vulgus et clerum vbilibet in mundo, et praeſertim per prouinciam Bremenſem. —

XVIII.

CHRONICON RASTEDENSE.

Talem**) interfectionem ſecuta eſt (a. 1450.) *peſtilentia*, plaga magna. Nam et in Oldenburg vltra ſeptingentos ſepultura recepit in *peſte inguinaria*, quae non ibi, ſed per Ambriam totam deſaeuiit, vadens vltra per Ruſtringiam, et ſic peruentum vſque in Bremam. Per totum tempus hiemale graſſatur miſere, ibique perierunt non ſolum vulgares, ſed et moniales et ſacerdotes circumquaque et vbilibet in terris. Et venit in mundo tanta plaga, qualis nulla hominum vnquam viſa eſt. —

XVIIII.

*) Ib. p. 79. T. II.

**) Ib. p. 115. T. II. Meibom. Script. Rer. Germ *Peſtis inguinaria* ſub hoc tempore fere perpetua iterum iterumque recrudeſcens. *Vulgares* clericis oppoſiti ſunt *plebeii*, ſaepius *ruſtici liberi facti*.

XVIIII.

ERDWINVS ERDMANNVS *).

Item **) puella quaedam duodecim annorum quamplurimos in iudaiſmum traxit. Eadem puella poſt ſacram communionem *ſex menſibus* in pane et aqua *ieiunauit*, deinde *per triennium* omnino *abſtinuit.* — Et quum (pater) filiam ſuam per manum arripuit, in momento quaſi a ſomno animam deo tradidit. —

Item temporibus (a. 1341. ***) pluuialis aura fuit et inundatio aquarum — *peſtilentiaque* fuit et *mortalitas* improuiſa, et perierunt multi in *fluxu ſanguinis.* — Item de anno domini MCCCLIII. in vniuerſo mundo maxima fuit *peſtilentia* et *mortalitas hominum* ****), quae etiam *epidimia* appellatur;

*) *Chronicon Epiſcoporum Oſnabrugenſium* in Meibom. Script. Rer. Germ. T. II. p. 193. Fuit proconſul ciuitatis Osnabrugenſis. Eandem hiſtoriam repetiit Sigebert Chronic. p. 562. T. I.

**) Ib. p. 200. Similia de reliquis abſtinentibus narrantur, eadem etiam fabula in Chron. Vrſperg. n. 8. ſed paullum mutatis verbis. Ieiunium *ex coffea et lacte* narrat Völtelen Diatrib. Septenn. Apoſitiae Hiſt. c. 1. p. 2.

***) Fluxus ſanguinis i. e. haemorrhagia putrida: Eandem peſtem et domeſtica animantia corripuiſſe teſtatur Mvratorivs Script. Rer. Ital. Vol. II. P. III. p. 556. 588.

****) Cf. deſcriptionem huius peſtis ap. Gobelin. Per-

tur, ita intenſa, quod vix homo hominem potuit ſepelire. Quae quidem mortalitas in ciuitate Osnaburgenſi adhuc in hodiernum diem *de grote Doet* ſolet nominari. — Praedicta mortalitas per certos impingebatur aliquantulum Iudaeis, ex eo etiam, quod aliqui ex iisdem apprehenſi confeſſi fuerant, quod fontes et puteos intoxicarunt. Quare per totam Alemanniam fuerunt combuſti. —

Et (a. 1446. *) in iſto anno, tempore obſidionis praedictae, per totam Alemanniam erat grandis *bladorum cariſtia*, aeſtas ſiccisſima. Vnde ſegetes pauperum conſolatione citius, quam alio tempore maturabantur. —

XX.

PERSONAM n. 9. Annus aliquo modo differt, pro voc. *ſchwarzer Tod* hic dicitur *de grote Tod*, ap. GVIDON. DE CAVLIACO (Chirurg. Tract. II. c. 5. p. 113. ed. Lugd.) *ingens et inaudita mortalitas*, item *epidemia* pro *peſte*. Sic inſcribitur *Tract.* MARSILII FICINI *de epidemiae morbo*, *Aug. V.* 1518. et ap. LEONICENVM etiam morbus gallicus, quatenus ab conſtitutione peſtilenti natus videbatur.

*) Ib. p. 260. *Bladum*, *Bladus*, *Blada*, Gall. *blé*, in genere frumentum ſignificat, cuius varias ſpecies v. ap. DV FRESNE Gloſſar. p. 705. T. I. *bladata terra* i. e. ager ſegete plenus, *bladaria* ſ. *bladeria* i. e. forum, in quo venditur frumentum, *bladataria* i. e. aedes, in quibus reponitur.

XX.

LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS *).

Huic (Duci Godefrido a. 1054.) ſubdiaconus *toxicum in calicem* miſit, quem cum ipſe poſt conſecrationem leuare vellet, nec poſſet, a domino cauſam facti inquiſiturus, cum populo ad orationem proſternitur, ſtatimque toxicator a *daemone* arripitur. Ita igitur cauſa manifeſtata, dominus papa calicem cum ſanguine dominico cuidam altari iuſſit includi. —

Adelhero **) monachus — vno pede omnino debilis, vir per omnia dignus ſpectaculo. Erat enim fortitudinis magnae, *edacitatis* nimiae, *craſſitudinis* tantae, quae aſpicientibus horrorem magis incuteret, quam admirationem, nec ita centimanus gigas aut aliud antiquitatis monſtrum, ſi ab inferis emergeret, ſtupentis populi oculos in ſe atque ora conuerteret. —

Adal-

*) De Rebus geſtis German. p. 161. T. I. in Pistorii Illuſtr. Veter. Scriptor. Hiſtor. Vixit monachus Hirsfeldenſis a. 1077. Cf. ſimilem caſum ſub no. 7. ſcriptum, *daemon* vero, ſi fabula vera eſt, fuit epilepſia prae timore ac angore orta.

**) Ib. p. 173. T. I. Solent homines edaces fere eſſe toroſi, ſi ab alimentis bene profecerint. Cf. Boehmer r. Frenzel Diſſ. de polyphago et allotriophago Witebergenſi, Witeb. 1757. et Vogel Comm.

de

Adalbertvs *), Wormatiae epiſcopus, propria, vt fertur, *craſſitudine praeſocatus* interiit. —

Reginger **), qui ad ſuggillandum contra regem Vdalricvm de Cosheim propoſuerat, ante paucos dies iucundae congreſſionis diriſſimo *daemone* correptus horrenda morte interiit. —

Rvthardvs abbas ***) ante diem mortis ſuae *ſenſu defecit*, et per continuos duos annos et ſex menſes *phreneſi* pariter et *epilepſia* grauiſſime vexabatur. —

Ad vltimum ****) — *vlcere* peſſimo percuſſus eſt *in vtroque pede*, ita, vt putreſcentes paulatim carnes defluerent, et hinc inde abducta cute, conſumtis carnibus, foedo aſpectu nudarentur. Qui morbus primo pedes, deinde crura et femora miſerabili

de polyphago et lithophago Ilefeldae nuper mortuo ac diſſecto, Gott. 1771. verſ. Berl. 1781.

*) Ib. p. 181. T. I. Solet hiſce hominibus propria eſſe *dyſpnoea pinguedinoſa*, imminere apoplexia et catarrhus ſuffocans. Cf. Iansen Pingued. animal. conſideratio phyſiol. et pathol. p. 131.

**) Ib. p. 202. T. I. *Daemon* i. e. grauis epilepſia, *ſuggillare* i. gulam ſtringere, ſuffocare, ſed ob voc. *iucundae congreſſionis* videtur h. l. ſignificare *amplexari*, etſi Dv Cange hoc non memorat.

***) Ib. p. 211. T. I. *Senſu deficere* proprium eſt imperfectae apoplexiae, a cerebro laeſo *phreneſis* i. delirium et epilepſia continua.

****) Ib. p. 232. T. I. Vlcus phagedaenicum.

rabili modo depaſtus eſt, ac ſic poſt diuturnam macerationem penetrans ad vitalia animam — transmiſit ad dominum. —

Intoxicata (a. 1352. *) eſt domina de Henneberg per Burgrauium de Norenberg, vt dicitur. —

XXI.

SIGEBERTVS GEMBLACENSIS **).

Cuius (Wortvneri) bonitati diabolus inuidens incitauit animum nouercae illius, vt per aliquem familiarem ſuum donis corruptum daret ei *venenum mortiferum*. Quo hauſto, cum mortem ſibi ſentiret imminere, diuiſit theſauros ſuos. —

Annus (1089. ***) peſtilens, maxime in occidentali parte Lotharingiae, vbi multi *ſacro*

*) Addition. ad Lambert. appoſitae ab Erphord. monacho ib. p. 264. T. I.

**) Chronographia p. 496. T. I. Pistorii Script. Rer. Germ. Clarus cira a. 1110. *Venenum mortiferum* i. e. praeſentaneum, idque arſenico conſtans.

***) Chronograph. p. 606. T. I. De hoc morbo, qui appellatur *ſacer ignis, ignis plaga, ignis occultus, ignis peſtilentiae, mortifer ardor*, Galliae quaſi endemius inde ab ſec. VIII. vſque ad XIV. vid. *Recherches ſur le feu Saint Antoine par MM.* de Jvssiev, Pavlet, Saillant, Tessier p. 260. T. I. Hiſt. et Mem. de la Societé Roy. de Medéc. Liceat quaedam ex hiſtoricis adferre, vnde, quae morbi natura et forma fuerit, colligitur. Fro-

doard.

ſacro igne interiora conſumente computreſcentes

DOARD. Chronic. ad a. 945. *Anno 945. in pago Pariſienſi per diuiſos circum quaque pagos diuerſa membra ignis plaga peruaduntur, quaeque ſenſim exuſta conſumebantur, donec tandem mors finiret ſupplicia. Quorum quidem nonnulli Sanctorum iſta potentes euaſere tormenta — Horum dum quidam vellent ad propria redire, extincto referveſcunt incendio, regreſſique ad eccleſiam liberantur.*" Similiter RODVLPHVS Hiſtor. II. c. 7. p. 59. „*Deſaeviebat eodem tempore clades peſſima in hominibus, ignis ſcilicet occultus, qui, quoduis membrorum arripuiſſet, exurendo truncabat a corpore. Pleroſque etiam in ſpatio vnius noctis huius ignis conſumſit exuſtio.*" Et ad a. 1039. iterum haec ſcribit. „*Deinde coepit deſaeuire diuina vltio. Conſumſit enim quidem mortifer ardor multos tam de magnatibus, quam de mediocribus atque infimis populi, quosdam vero, truncatis membrorum partibus, reſeruauit ad futurum exemplum.*" Conſentit ADEMAR Chronic. a. 994. „*His temporibus peſtilentiae ignis ſuper Lemovicinos exarſit. Corpora enim virorum et mulierum ſupra numerum igne depaſcebantur. — Lues grauiſſima his diebus Lemovicos deuorauit, incendens corpora et exardendo deuorans.*" Et ſecundum MSct. Vrſperg. a. 1099. „*Plaga illa vſque ad vitae deſperationem temuerat. Erat autem huiusmodi. Tactus quispiam igne inuiſibili quacunque corporis parte, tamdiu ſenſibili, imo incomparabili tormento irremediabiliter ardebat, quousque vel ſpiritum cum cruciatu, vel ſpiritum cum ipſo tacto membro amitteret.*" Item Chron. HVGONIS. „*Aduerſariae poteſtati conceſſum erat percutere multos plaga inviſibili, ita, vt ſemel ſucceuſa eorum membra ſeu corpora cum intolerabili cruciatu arderent. Eſt autem morbus hic tabificus ſub extenſa liuenti pelle carnem ab oſſibus ſeparans et conſumens, et ex mora temporis augmentum dolorum et ardoris capiens,*

centes, exeſis membris, *inſtar carbonum nigreſcen-*

piens, per ſingula momenta cogit miſeros mori, ſed deſiderantibus mortem illa non venit, donec, depaſtis artubus, ignis ille celer et peſtifer inuadit membra vitalia, et quod valde mirum eſt, ignis ille ſine calore validus, conſumendos tanto frigore velut glaciali perfundit miſerabiles, vt nullis remediis poſſint caleſieri, ita, quod non minus eſt mirabile, ex quo diuina gratia reſtinctus fuerit, fugato mortali frigore, tantus calor in eisdem partibus aegros inuadit, vt morbus cancri eidem feruori perſaepe ſe ſociet." Paullo rariora ſymptomata recenſet VINCENTIVS GALLVS Commentar. L. XXV. c. 84. 90. et Lib. VI. c. 9. „VINCENTIVS GALLVS *affirmat* LOTHARII II. *temporibus quam plurimos mortales dira ſacri ignis tabe fuiſſe vexatos. Ipſa ſiquidem ſacro igne hominum membra et artus corripiebantur, accendebantur, nec non computreſcebant, ita, vt ea lue plures miſerabiliter morerentur, alii vero manibus aut pedibus e morbo peruſtis mutilarentur, truncatique miſerabili vitae reſeruarentur, multi quoque neruorum contractione diſtorti torquerentur, infinitaque multitudo hac horrenda perſecutione laboraret.*" Denique, praeter miracula, eadem litteris conſignantur in *Vita Hugonis.* „*Vidimus ad montem* ANTONII *iuuenes et virgines, ſenes cum iunioribus per ſanctum Dei Antonium ſaluatos ab igne ſacro, ſemiuſtis carnibus, conſumtisque oſſibus, variis mutilatos artuum compagibus, ita in dimidiis viuentes corporibus, vt quaſi viderentur integra gaudentes incolumitate. — Omnes fere intra diem ſeptimum curantur. Nam ſi quis ſub hoc dierum ſpatio ſanitatem non recipit, corporis colluuione ſalubrius morte intercedente confeſtim excedit. — Eſt in ipſis miraculis hoc inſignius miraculum. Igne namque extincto, in membris patientium caro et cutis vel artus quique, quos morbus vorax ſenſim depaſcendo exederit, minime*

nigrescenitbus, aut miserabiliter moriuntur, aut manibus ac pedibus putrefactis truncati miserabiliori vitae reseruantur, multi vero neruorum contractione distorti tormentantur. — Ante hos dies (1112.*) natus ibidem

quidem restaurantur, verum, quod mirabilius est, nudatis ossibus, quae truci incendio superfuerunt, sanitas et soliditas cicatricibus ipsis residui corporis tanta confertur, vt videas plurimos in omni aetate et sexu vtroque, brachiis iam vsque ad numeros absumptis, similiter et tibiis vsque ad genua, vel cruribus vsque ad renes aut inguina exussis funditus et abrasis, tanquam sanissimos, multa alacritate pollere. Adeo virtus S. Antonii perditarum in eis partium damna retentarum firmitate compensat, vt nec viscerum teneritudo intima cum ipsis interdum costarum obicibus cute spoliata et carnibus, frigoris aut alterius molestiae iniuria de facili pulsetur. Permanentia plagarum vestigia praeter dolorem venerat venerati ad honorem medici etc." Hactenus historica documenta. Videtur medicis Gallis fuisse eadem cum *peste inguinaria* p. 273. *ignem* vero *S. Antonii* morbum longum, *gangraenam siccam* s. *necrosin* SAVVAG. Quidni habeamus pro febre pestilente cum gangraena sicca mortali vel critica? Desiderantur enim pestis inguinariae signa.

*) Ib. p. 615. T. I. Cf. de his FORTVN. LICETVS De Monstris, Amst. 1665. Lib. II. c. 10. p. 16. maximeque ETTMÜLLER r. WERTHER Diss. de monstro Hungarico, Lips. 1707. c. f. vid. Hist. p. 2. Habebat *monstrum duo capita, quatuor brachia, totidem pedes, duos truncos, circa finem vertebrarum lumborum vtraque corpora sibi cohaerebant* etc. Bigeminum etiam descripsit MAYER. v. *Die Geburt zweyer an den Bäuchen zusammengewachsener Kinder. Frft.* 1772. confutauit eum HERWIG l. *Wahre Beschreibung zweyer an einander gewachsener Kinder, Frankf.* 1772. c. f.

ibidem fuerat *puer geminus*, a clune *duo* ſuperius ſcilicet habens *capita*, duo vſque ad renes cum ſuis brachiis habens corpora, qui baptizatus triduo quoque vixit. —

Monſtrum (a. 1118. *) quoddam Nammuti natum eſt, cui par nunquam vel raro viſum eſt, videlicet *biceps infantulus*. Hic tam ſexu duplex, quam ceteris ſimplex erat compage corporis. —

Hiems (a. 1125. **) ſolito acerbior et aggeſtu niuis ſaepius decidentis nimis horrida et importuna. — *Mortalitas* quoque *animalium* maxima fuit. Hiemi ſucceſſit intemperies aeris, nunc niue, nunc pluuia, nunc gelu, alternatim ſatis noxia vſque in medio Martio. Poſtea diutino frigore et pluuia aeris inconſtantia vix tandem arbores floruerunt Maio menſe — imber vero ſingulis menſibus aſſidue deciduus — Multi quoque *ſacro igne* aduruntur. —

*) Robert de Monte Append. ad Sigeberti Chron. ib. p. 617. T. I. Monſtrum ſine cerebro et cranio natum, idque rariſſimum, deſcripſit Cl. Knackstedt *Beſchreib. einer Misgeburt, welche ohne Gehirn und Schädel lebendig geboren worden. Mit* 1. *Kupf. Petersb.* 1791. ruſſ. et germ. in 4. et germ. in 8. cf. Prochaska Annotat. academ. Faſc. I. n. 2. p. 46. *Foetus hum. bicip. monocorpor.* et Faſc. II. Sect. 4. *Deſcript. quatuor monſtr.* et Faſc. III. Sect. 2. *Trium foet. ſine cerebro nator. deſcript.*

**) Ib. p. 620—21. De *ſacro igne* paullo ante copioſe ac late dictum eſt.

In Hasbania *) ignobilis muliercula *monſtrum bis gemini corporis* eſt enixa, auerſis vultibus et corporibus ſibi cohaerens, ante quidem effigies hominis integro corporis membrorumque ordine diſtincta, retro vero facies canis ſimiliter corporis et membrorum proprietate integra. In Brachbanto alia mulier *enixa* eſt quatuor maſculos vno partu. —

Imperator Conſtantinopolitanus **) venationi inſiſtens, dum arcum vehementius intendit, *toxicata ſagitta* a ſemet *ipſo* vulneratus in ſiniſtra manu obiit.

XXII.

*) Ib. p. 621. a. 1126. Foetum bicipitem IX. menſium exſculpendum curauit PHIL. BERN. PETERMANN. Cf. MICH. JOHANN VAN CAMPEN Puellae monſtroſae Delineatio, L. B. 1793. quae brachio dextro pedibusque carens ſe paullum mouere poterat. Memorat etiam auctor p. 3. ex BAZZANO hominem mira arte neceſſaria ſibi adminiſtrantem. Aliam obſeruationem ſcripſit VICQ D'AZYR Hiſt. de la Societé de Med. T. I. p. 315.

**) Ib. p. 626. a. 1142. Cf. quae dixi n. 14. *Toxicata ſagitta* i. e. veneno praeſentaneo illita, Pontico Scythico vel Celtico, vel venatorio CELS. de quo vid. Cl. SCHNEIDER Animaduerſ. ad Nicandri Alexipharm. p. 151. ſeq. et SCHVLZE Toxicolog. Veterum. Hal. 1788.

XXII.

SIGFRIDVS *).

Romae (a. 581.) *peſtis inguinaria* fuit. Fuit autem peſtis inguinaria apoſtema ſiue inflatura in inguine tam ſaeua, vt homines in via, in menſa, in ludis, in colloquiis ſubito morerentur. Itaque cum quis ſternutabat, ſaepe cum ipſa ſternutatione ſpiritum exhalabat. Vnde cum aliquem ſternutantem quis audiebat, ſtatim accurrens, deus te adiuuet, acclamabat. Et abinde adhuc conſuetudo ſeruatur, vt, cum aliquem ſternutantem audimus, deus te adiuuet, acclamemus. Rurſus, cum aliquis oſcitabat frequenter et continuo, et ſubito ſpiritum exhalabat. Vnde cum aliquis ſe velle oſcitare ſentiebat, continuo ſignum crucis ſibi imprimere feſtinabat, et haec conſuetudo vſque nunc ſeruatur. —

XXIII.

*) *Sigfridi presbyteri Miſnenſis Epitomes libri II.* ib. p. 583. T. I. Finit a. 1307. Locus memorabilis de veteri conſuetudine, quae etiamnum vſu venit, vt ſternuentibus ſalutem apprecemur. Subito proſterni peſte affectos loimographi narrant, ſed hoc magis celantium eſt. Vid. de his Car. de Mertens Obſeruat. Medic. T. I. P. II. c. 1. p. 85.

XXIII.

PAVLVS LANGIVS *).

Anno domini cIↃCCI. FRIDERICVS Imperator in Apulia mortuus eſt — per MANFREDINVM, filium ſuum illegitimum, cuſino ſuper os poſito, *ſuffocatus*. —

Eodem anno **) HENRICVS imperator diem obiit. Signa *veneni* in cadauere apparuiſſe multi ſcripſere, PTOLOMAEVS vero Lucenſis affirmat veneno eum periiſſe a praedicatorum ordinis fratre *in euchariſtia* dato, aliusque addidit id Florentinorum dolo et inſtinctu factum eſſe. —

Anno ***) domini MCCCXLVII. LVDVICVS Inperator in venatione cadens de equo mortuus eſt, et, vt ſcribunt multi, *intoxicatus* per IOANNAM, vxorem ducis Auſtriae, quae tum praeſens erat. — Anno domini MCCCL. per Saxoniam validiſſime deſaeuit *peſtis*. —

Eodem

*) *Chronicon Cizenſe* ib. p. 804. T. I. Monachus Cizerſis, TRITHEMIO carus, vixit vſque ad a. 1526. *Cuſinus*, *Cuſſinus*, *Cuſchinus* i. puluinus, eoque ſuperimpoſito *ſuffocatio*, qualem etiam ſub auctore SVETON. c. 73. TIBERIO Caeſari accidiſſe narrat.

**) Ib. p. 826. T. I. a. 1313. Vide, quae ſupra n. 7. ſcripta ſunt.

***) Ib. p. 837. et 838. Si ab toxico receſſeris, etiam caſu iſto mori potuit.

Eodem anno *) *pestis vniuersalis* et pergrandis totam pene per Italiam atque Germaniam saeuit, ita, vt multa hominum millia absumserit. Ea quippe lues solum Nurenbergae a solstitio aestiuali ad vsque solstitium hiemale quatuor hominum millia prostrauit. —

Profecit (IOANNES **) non modo temporali, sed et corporali substantia, et adeo crasse, vt monstrosum esset videre, *capite* et *ceruice* tam *pingui*, vt non collum, sed quandam massam sub mento habere cerneretur. Quod tamen ei ad laudem siue felicitatem minime nocuit, a natura siquidem habuit, quam nec medicus, nec medicina tollere aut mutare potest. —

Et crebrius *), et plerumque legitima absque causa, pilento curruli vectus extra coenobium pergens per loca et monasteria nota, non sine suae detrimento famae spatiaba-

*) Ib. p. 875. a. 1483.

**) Ib. p. 883. Dantur homines, quibus talis pinguedo pro praesidio sanitatis est, dantur etiam sacerdotes, qui speciosa et nitida forma, et collo praepingui sunt. Germani dicunt *Consistorialkragen*.

***) Ib. p. 892 – 93. T. I. a. 1507. Primi morbi gallici narratores, v. c. TANVS et alii (v. Script. de Morb. Gall. Jen. 1793.) hanc recipiendi contagii viam adferunt, cum aegri essent egregie pustulati et vlceribus saniosis pleni, negant recentiores. Cf. GRÜTZMACHER Diss. de miasmat. vener. indole variisque contagii excip. modis, Jen. 1789. Sect. 2. p. 22.

tiabatur ſympoſia et delicias quaeritans, morbum autem et peſtem inueniens et hauriens. Ab extra quippe (vti per ſe aſſerebat) in quodam monaſterio conſtitutus, in lecto infecto dormitans, *mentagricum* illum ſiue etiam (vt vocant) *Gallicum morbum* incurrit, quo vltra annum attritus tandemque conſumtus interiit. —

Eodem anno (1503.) GVILHELMVS, Landgrauius Haſſiae — *Gallico* conſumtus morbo interiit. —

Qui (GEORGIVS Abbas *) cum praecedenti anno Romae concilium viſitaret perſonaliter Lateranenſe, ibidem *hauſit*, quod poſtmodum digerere neutiquam valuit. Nam ſic *infectus* ad propria rediens non longe poſt obiit. —

XXIV.

p. 22. Epiſcopus in libidinem paullo pronior, me quidem iudice, non lecto, ſed coitu morbum foedum ſibi contraxiſſe cenſendus eſt. Sub hoc enim tempore iam mutata morbi forma erat, periculum a cute puſtulata minus. Sed de primo morbo dic. STEBER, *cernimus hunc morbum exteriorem occupare cutem.* v. Malafranczos morbo gallorum preſeruatio ac cura a *Barth. Steber.* Vienn. (1496) Et HVTTEN (De Guaiaci Medicina et morbo Gallico, Mogunt. 1519. c. 1.) propria experientia doctus, ſcribit, *tanta fuit, cum primum oriretur, foeditate, vt, qui nunc graſſatur, vix illius generis eſſe putatur.*

*) Ib. p. 904. a. 1510. Duplex voc. *hauſit* ſignificatio mihi eſſe videtur, vel veneni hauſti, quod poculis miſcere tunc temporis Romae moris erat, vel morbi gallici, cum *infectus* dicatur, niſi velis hoc idem eſſe, ac *miſtura affectus.*

XXIV
ANONYMVS *).

Nota, quod idem dux FRIDERICVS Austriae captus a LVDOVICO Bauaro, et cum multis annis, decem videlicet, detentus esset, tandem liberatus multo detrimento bonorum suorum, veniens ad propria, post breue tempus, scilicet anno domini MCCCXXXIII. a *pediculis* consumtus est miserabiliter.

Anno **) domini MCCCXXII. FRIDERICVS, marchio Misnensis — tactus morbo *apoplexiae*, et tribus annis seminiuus iacuit, *non loquens*, et anno MCCCXXV. mortuus est. —

Eodem ***) anno fuit eclipsis solis generalis in die sancti Viti. — Eodem anno per

*) *Historia Erphesfordensis anonymi script. de Landgraviis Thuringiae* ib. c. 87. p. 936. Carcere detentorum est cacochymia et cachexia laborare, pediculis cutim ipsam fodientibus misere cruciari *Phthiriasis* est, qua PHERECYDES tragoedus, et SYLLA dictator, et ALCMAN, consumti esse perhibentur.

**) Ib. c. 90. p. 937. Apoplexia imperfecta solet paralysin linguae inferre, hinc loquelae impotentia et aphonia, etiam motum solet membrorum auferre, tandem sub noua accessione tollere.

***) Ib. c. 152. p. 952. a. 1406. CARDILVC. l. c. p. 108 continuas eclipses narrat a. 1400. 1401. 1402. 1403 1406. et 1407. cum peste insequente.

per totam Thuringiam fuit magna *peſtilentia*, et durauit vſque ad feſtum natiuitatis CHRISTI, in qua multi homines vtriusque ſexus in peſte obierunt. —

XXV.
WERNERVS ROLEVINK *).

Puellae *monſtrum* tempeſtate iſthac (a. 1474. in Veronenſi agro naſcitur, quae vnum caput tantum habet, ſed duos pedes duasque vuluas habens, ex ipſis ambabus vulvis ſuperfluitates emittebat, inſuper quatuor brachia, ſed duo groſſiora, quae pro voluntate mouebat, alia tenuiora et immobilia erant. Ventres etiam duos circa ſtomachum coniunctos habebat. —

Anno 1493. circa **) feſtum S. BARTHOLOMAEI fama diuulgauit, Imperatorem FRIDERICVM III. deceſſiſſe. — Fuit vir pacificus et deuotus, qui *ſacro igne in pede* accenſus, pede abſciſſo, denique eodem igne interiit. —

XXVI.

*) Faſcicul. Temporum antiquor. chronicas complect. Aetas VI. p. 90. in PISTORII Script. Germ. T II. Erat paſtor Hofenſis, Weſtphalus, Ord. Carthuſ. vixit ad a. 1494. Similem deformationem ex LYCOSTHENE adfert SCHENCK Monſtror. Hiſtor. p. 73.

**) *Linturii* Append. ad Faſc. Tempor. ib. p. 93. Meminit etiam mortis ACHILL. GASSARVS Annal. Augſtburg. p. 1718. T. I. MENCK. Script. Rer. Germ. et amputati cruris gangraenoſi manu chirurgi IOANNIS GÖPPINGENSIS.

XXVI.

EBERHARDVS WINDECKIVS *).

V*nd do es an dem peſten* (a. 1408.) *was, das ſie Zeynne nohe gewunnen hatten, do wart den paiden furſten, dem konig vnd Herzog Albrecht, vorgeben in eim ſchwarzen pfeffer, alſo das der Herzog Albrecht ſtarb zu Nuwenburg zwo Meile von Weynne. — Alſo furte man den konig*

*) *Eberhardi Windeck Hiſtoria vitae Imp. Sigismundi* c.20. p. 1087. T. I. Menck. Script. Germ. Erat auctor civis Moguntinus et imperatoris comes, hinc teſtis idoneus. Ridet hanc operationem Mencken Praefat. n. 15. ſed confirmauit et machinam exprimendam curauit Qvirinvs Apollinaris, (*Manual Buchlein. Von allerhandt Gifft, Wunden, vnnd Feldt Kranckheyten eyn kurtzer Bericht durch Q. Apollinarem.* Straſsb. ſ. a. B. I. c. 11. S. 8. b.) qua ſerpentes et alia venena foras reiici per vomitum poſſe credebantur. Iſta vero operatio nec ſatis tuta et vitae conſentanea, nec ſcopo medici ſatis accommodata eſſe videtur, capite decliui, vt in boue ſuſpenſo, ligatis poſt tergum manibus. Fuit vero, teſte Enocho Widemann (Chronic. Curiae p. 740. T. III. Menck. Script.) Apollinaris Curiae Variſcorum *medicus* circa a. 1523. *quem alchymiae ſtudium nunc diuitem, nunc pauperem reddidit. Hic aliquoties*, pergit auctor, *equum ſibi aluit, interdum pedibus rurſus iter facere coactus eſt, prout artis alea ferebat.* Eandem curandi viam, vt capite decliui ſibi proſpiciens improuide ac male deglutitum cultrum reiiceret, iniit cultriuorus Pruſſus, v. Hartknoch *Altes und neues Preuſſen II. Theil* c. 2. S. 350.

konig gein Ungern vff ein Haws, his der Konratſtein, drei Meile von Thirnowe der ſtad, do pleib der konig vnd mochte nicht ſurpas von krankheit wegen, Alſo kam ein Arzt von Weynne, den ſante Im der Herzog von Oſterrich, vnd der was ein grober Jwop. Er was aber ein guter arzt vnd derſelbe Herzog W i l h e l m *was des koniges veint, noch tet er Im die trewe, das er Im den arzt ſante, derſelbe arzt* h i n g d e n k o n i g a u ſ m i t d e n ſ u ſ e n, *das dem konig die bruſt auff einem kuſſe auf die erden rurte, das werte wol vir vnd zwenzig ſtund, do ging ſo vil* ſ l i m e s *vnd* v n ſ l a t e s *von dem konige, das er ſo kranck war, das idermon Ime das leben vorſagete, vnd der Arzt dorumb hart geſtrafft wart, do ſprach der arzt, ſolte* d i e g i ſ t *unten ausgangen ſein, die natur kunt es nit erliden haben, Alſo tet der arzt ſein peſtes, das Im got halff, das der konig geſunt wart.* —

Do ſtarb (a. 1414.*) *der konig* K a r l o *eines jehen Todes, vnd er* ſ u l l e t v o n ſ e i n e m

*) Ib. c. 29. p. 1091. cf. TVRNBVLL *Urſprung und Alter der Luſtſeuche. S.* 44. Quiqui luem veneream paullo antiquiorem eſſe profitentur, ac vulgo creditur, in quibus facile princeps eſt Cl. PERENOTTI DI CIGLIANO, (Storia generale ac ragionata dell' origine, dell' eſſenza e ſpecifica qualità dell' infezzione venerea, in Torino, 1788. p. 67. ſeq.) memorant haec, vt exempla infectionis venereae, nominant

nem gemechte bis an ſein herze, das tet Im eines bidermannes tochter von Nopels, die er genozoget hette, wider Iren willen. —

XXVII.

CHRONICON LAVTERBERGENSE.

Mortuo eo *), cum praeſentibus, vt *exenterari* debuiſſet, viſum eſſet, quia *craſ-*

I 2 *ſus*

minant GALERIVM MAXIMINVM, qui *conſumtis genitalibus defecit*, (AVREL. VICTOR. Hiſtor. abbreu. P. II.) nominant HERONEM, (PALLAD. Hiſt. Lauſiac. c. 32. p. 82. ed. Meurſ.) qui *cum quadam mima congreſſus vlcus ſuum aperuit*, *anthracem in glande* contraxit, indeque *adeo aegrotauit*, *vt eius virilia membra computruerint et ſua ſponte ceciderint*, nominant *viros*, *qui mortui fuerunt ex putrefactione membrorum ſuorum genitalium et corporis ſui*, *quae corruptio et putrefactio cauſata fuit per exercitium copulae carnalis cum mulieribus*, item referunt *mortuum ex tali putrefactione membrorum genitalium* ducem Angliae, IOANNEM DE GAVNT, (v. BECKET Philoſ. Transact. Vol. XXXI. p. 47.) repetunt ex PACIFICO MAXIMO (Carmin. Flor. 1489. deſunt in ed. Parm. 1691. p. 39.) verſus laſciuos, *ſi non properas ſanare priapum*, *decidet*, adferunt denique *ficus*, *vlcera virgae et cancrum* rel. ex monumentis Arabum et Arabiſtarum. (v. de his Aphrodiſiac. ed. GRVNER. P. I. n. 3. et 4. p. 12. ſeq.) Sed iſtae obſeruationes non, niſi hoc probant, extitiſſe multis abhinc ſeculis vitia localia, immundae veneris ſpolia, eaque venerea dici poſſe eatenus, quatenus coitu contrahebantur. Idem de morbo CAROLI ſtatuendum eſſe cenſeo. Is enim nequaquam a ſtupro natus erat, magis ab *immunda vulua* ſcilicet.

*) Chronic. Montis Sereni ſ. LAVTERBERG. T. II. p. 208.

ſus erat, ille hiſtrio in corpore eius (archiepiſcopi Wichmanni) carnificis officio functus eſt, ventremque eius cultro aperuit, et inteſtina eiecit, quae in praedicta poſſeſſione humata ſunt. Corpus autem *ſale inſuſum*, ne aeſtu corrumperetur, Magdeburg adductum eſt. —

Anno MCXCV. Albertvs *) marchio *veneno*, vt fertur, a quodam familiarium ſuorum, Hvgoldo nomine, *ſumto*, aegritudinem incurrit. De Vriberge vero, vbi aegrotare coepit, Miſnam feſtinans, cum nec equo, nec curru propter euidentiam morbi vehi poſſet, a viris in geſtatorio ad hoc ipſum compoſito portabatur. Verum, emenſo vnius milliaris ſpatio, ingraueſcente moleſtia, etiam portari non ſufferens, in villa quadam Henrichsdorf depoſitus, ibique defunctus eſt. — Uxor quoque eius, paucis **) euolutis diebus, *eodem veneno* extincta eſt. —

In

208. Mencken. Script. Rer. German. Sale condiri corpus putredinemque arceri, in quam praepingues citius ruunt, mos eſt longe vetuſtiſſimus. Quin ipſa oua ſali indita biennium et amplius integra conſeruantur.

*) Ib. p. 212. Idem ad verbum repetitum in Annal. Vetero - Celleuſ. ib. p. 393. Videtur hoc probare variam veneni actionem, citam et tardam, pro natura hominum varia. Doloris vehementia et intolerantia, item praeſentanea et cita mors, arſenicum datum ſatis ſuperque produnt.

**) In Chron. Cell. leg. *infra triginta dies*.

In nullo *) fratre ſuo, praepoſito, minor erat, excepto eo, quod linguae officium expeditum non habebat. Nam tantum *balbus* erat, praepropere, et, vt de talibus dici ſolet, *in gutture loquens*, in quotidiana locutione minus bene intelligebatur. Si autem eum mora aliquanta eum loqui contingebat, non valde in eo defectus huiusmodi apparebat. —

Joannes **) praepoſitus ex multa animi perturbatione, cuius ei cottidiana ſibi aduerſantium inſultus cauſſa fuerunt, *aegritudinem* incurrens decubuit. Cumque, dietim deficientibus in eo viribus, morbus augeretur, — ad mortem aequanimiter ex dei voluntate perferenda ſe ſtuduit praeparare. — His conſummatis, veſtiri ſe petiit et calciari, ſicque a circumſtantibus a lecto leuatus, ipſis

 iuuan-

*) Ib. p. 223. Laborabat, vt videtur, iſchnophonia, *pſelliſmo* et *paraphonia gutturali.*

**) Ib. p. 233. T. II. Poterat cilicium, quo ſcenitae et monachi, ſanctitatem vitae affectantes, ſe induebant, (v. Dv Fresne Gloſſar. T. II. p. 420. et Salmas. Exercit. Plin. p. 347.) cutim irritando, poterat cinis adſperſus, quem morientibus fratribus cum cilicio (Dv Fresne ib. p. 428.) ſubſternebant, calefaciendo et fouendo excitare vim vitae debilem fereque proſtratam, hinc ſudore critico materiam vitioſam e corpore extrinſecus ad cutim euocare. Alterum vitium, quod febris beneficio accidit, erat *ſalbaras nigra, excorticatiua, vlceroſa*, extrema occupans, hinc in ſummo gradu inſecutum *malum mortuum*, cum naſus caſu.

iuuantibus, *ſupra cilicium cinere aſperſum ſternitur*, in eo ſuae vocationis horam deſiderans expectare. Cum vero in hoc ſtratu pernoctaſſet, et die ſequenti *per ſigna ſudoris erumpentis euaſurus* ſperaretur, — ad lectum ſe reduci permiſit. — Tempore vero non longe ante hoc exacto, aliud in eo *malum* apparuerat, a quo tamen per dei gratiam medici fidelis adiutorio liberatus eſt. In *toto* enim *corpore*, etiam *in volis pedum*, *ſanies* collecta cutem per loca crebra rumpebat, et ipſae rupturae ſanie plenae quaſi *cauteria* videbantur. *Febre* itaque per ſudorem terminata, *naſus* ab interiori parte paulatim *nigreſcens*, in hoc malo totus occupatus, et omnino a capite ſeparatus, magnae deformitatis ſpectaculum intuentibus exhibebat. Nec deerant etiam medicinae artis periti, qui *veneni* *) haec eſſe ſigna manifeſta teſtarentur. — Cum febre liberatus, *naſo perdito*, victurus crederetur, hoc ei pro crimine coeperunt obiicere, dicentes, ſe nolle habere praepoſitum denaſatum, — quem deus tertio illius mutilationis die ab hac luce ſubtraxit. —

Gernotvs **), Nienburgenſis abbas, — ab hominibus comitis *oculis erutis caeçatus* eſt. Cui

*) i. e. humoris virulenti.

**) Ib. p. 260. T. II Tales obſeruationes, quibus lingua abſciſſa vel paullum emortua reſicta eſſe dicitur, etiam apud recentiores chirurgos leguntur. v. Camerar. Syll. Memorab. Cent. VI. Part. 38. 39. Welsch.

Cui etiam cum iidem *linguam* conarentur *abſcindere*, recuruato eam ſagittae ferro eique infixo trahentes, illo violenter retrahente, *ſciſſam per medium* reliquerunt. Vnde cum poſtmodum prorſus impeditum haberet loquendi officium, adhibito medico, partem linguae ſciſſam truncari, eamque ad modum naturalem informari fecit. Quod etſi non vſque quaque, non parum ei tamen cognoſcitur profuiſſe. —

Monachi *) de morte ipſius (abbatis) negociari coeperunt. Nam die quadam, abbate

 cum

Welsch. Syll. Curat. et Obſ. Medic. n. 25. p. 17. Haec vero reſtitutio naturae medicatricis eſt, non artis. *Truncare* eſt *ſoluere* partem linguae adhaereſcentem, vt mobilior fieret.

*) Ib. p. 271. Hoc in caſu ſuberat arſenicum ſaccharo mixtum et occultatum. Erat etiam ars aliqua muniendi vaſa, ne illata venena ſanitati vitaeque nocere poſſent. v. Libro del Conſiglio di Egitto tradotto da Givs. Vella T. I. Palermo 1793. Porrigebatur celatum occultatumqe venenum cibo et poculo, (Cvrt. Hiſt. X, 4. Chronic. Turcic. T. I. P. 5. c. 12. p. 167. ed. Lonicer.) puluere ſternutatorio, pipere, (Windeck. n. 26.) ſaccharo, contrito adamante, (Chron. Turc. ib. c. 22. p. 177.) vnguentis ſuaueolentibus, (Cardan. de Venen. c. 15. et Scaliger De Subtilit. Exerc. 154. p. 515.) facibus, quibus Clementem VII. Pontif. periiſſe refert Paraevs, (De Venen. XX. 7. p. 578. Opp.) Brvyerinvs vero (De Re Cibar. IX. 20. p. 422.) ex immoderato fungorum eſu, item extremis coronae floribus (Plin. Hiſt. Nat. XXI. 3.) et nodis (Tacit. Annal. III. 7.) crinium, flore veronicae coronariae, (Matthiol. Comm. in Dioscorid. L. VI. Praef.

cum ſuis ad prandium conſedente, vnus ipſorum — *cibum* aliquem *delicate paratum* ei attulit, ſed cum aliquantum a conſpectu eius receſſiſſet, repente in gemitum cum fletu erupit. Quem cum abbas reuocari praecipiens,

Praef. p. 714.) anulis et gemmis, (PLIN. H. N. XXXIII. 1. CORN. NEP. Vit. Hannibal. c. 12 AVR. VICTOR De Vir. Illuſtr. c. 42.) pugione ac gladio, (CVRT. Hiſt. IX. 8.) zona (ROGER. de HOVEDEN n. 15.) ephippiis, ocreis, ſtrophiolis et cereis, (SCALIGER l. c. p. 516. SCHENCK. Obſ. med. L. VII. 1. p. 836.) papyro (LINDESTOLPE De Venen. p. 739.) et id genus aliis rebus, vt vel prudentiſſimos fallere liceret. Erant venena acuta et lenta, (CIC. Orat. contra Piſon.) praeſentanea et terminata, (GELL. Noct. Attic. VI. 4. et CARDAN. De Venen. III. 6.) delibutoria et tinctilia, (OVID. Triſt. III. El. 10. PLIN. H. N. XXXIV. 14.) dolorem inferentia (CARDAN. De Subtilit. L. II. p. 94.) et placida, ex quo genere illud fuiſſe videtur, quo THRASYAS Mantinenſis (THEOPHRAST. Hiſt. Plant. IX. 17. p. 1145. ed. Bodaei) facilem et ἄπονον ἀπόλυσιν procurabat, erant ſicca et humida, item ab animalibus, plantis et metallis petita variaque arte praeparata, cet. maximam vero partem arſenico compoſita. Erat ergo ars venenandi docta inde a priſcis ſeculis ad noſtra vſque famoſa, cum et hodiedum priuatos ſaccharo, (v. BENJOWSKHY *Schickſale und Reiſen*. Kap. 4. S. 44.) principes potu ſpirituoſo, quem Angli PUNCH appellant, occidere liceat, erat et ars ſalubris, antidotis (SVETON. Vit. Neron. c. 33. 34. PLIN. H. N. XXIII. 8.) clariſſima, erat denique lege Cornelia (Inſtit. de publ. iudic. §. 5. et Digeſt. L. 48. tit. 19. leg. 28.) cautum, vt venenarii capite vel damnarentur, vel deportarentur, ſed irrita ſunt edicta principum, vanae iureconſultorum leges, donec ars occulta in ciues debacchatur, vel praeceptis iuſti et liciti continetur ſcilicet.

piens, cur fleret, interrogaſſet, reſpondit ideo ſe flere, quia miniſterio *cibi* illius *venenati* mortem ei certiſſimam procuraſſet. Abbas vero ipſo cibo, de quo nondum guſtaverat, et omnibus, quae in menſa erant, proiectis, territus ſurrexit. — Ad monachum cum aliquando abbas veniſſet, ille gratanter eum ſuſcipiens et diligenter procurans, inter cetera *cibum delicate* ipſi duntaxat ſoli *praeparatum* ei appoſuit, de quo abbas modicum guſtans, eum fratri ſuo — miſit, et ab illo ad alios pervenit. Cuius effectum breuiter omnes, qui inde guſtauerant, experti ſunt. Et abbas quidem, ad deſperationem vſque infirmatus, dei adiutorio euaſit. Frater vero eius et duo cementarii, et quatuor exinde pueri mortui ſunt. — Abbas in cibis ſumendis poſtmodum cautior fuit. Numerati ſunt autem vltra XXVI. quos pro huiusmodi cauſis diuerſis fertur temporibus expuliſſe. —

Accidit *) in ciuitate Hallenſi, vt parochianus — die quadam ad morientem aliquem

*) Ib. p. 284. Melancholiae religioſae viſis inquietatus homo, cum viros ſe vidiſſe putaret, mortis inferendae auctores, ſe ipſum feruenti ſali commiſerat, vt peccatorum poenam lueret. Cf. Beniam. Fawcett *über Melancolie, vornäml. über die ſogenannte religiöſe Melancolie, überſ. von* Lehzen. *Leipz.* 1785. et Perfect *Auserleſ. Fälle von verſchiedenen Arten des Wahnſinns, überſ. von* Michaelis. *Leipz.* 1789. Caſ. 23. et 59. Bis equidem vidi ſimile infortunium ab bulliente ſapone

quem vocaretur. Qui veniens inuenit hominem ex his, quibus eſt *coquendi ſalis* officium, qui ſe in ſartaginem ſui operis *bullientem* iniecerat, ſemicoctum et pene toto corpore mutilum effectum, niſi quod lingua adhuc viuaciter vtebatur. A quo dum caſus illius miſerandi cauſam modumque requireret, ille presbyterum auditu recognoſcens, quia viſu non poterat, *oculis* ſcilicet de coctionis vaporibus *obſcuratis* et cute turgeſcente compreſſis, rogabat, vt, ſubmotis aliis, ſoli ei loquendi ſibi copiam praeſtaretur. Quod conſecutus coepit dicere, ſe magna peccatorum ſuorum poenitudine ad opus illud adductum, nec tamen ad hoc ſine conſilio acceſſiſſe. — Poſt confeſſionem iam bonae ſpei factus, presbytero, vt tranſitum ſuum, qui iam adeſſe videretur, euchariſtiae perceptione muniret, admonente, reſpondit, hoc quidem valde eſſe deſiderabile, ſed fieri non poſſe, quoniam, *inflato gutture*, *glutiendi* copiam non haberet. — Nec multo poſt animam reddidit. —

XXVIII.

pone natum, cui puella immerſa fuerat. Miſere periit iisdem fere ſymptomatibus oppreſſa.

XXVIII.

ANNALES VETERO-CELLENSES *).

Heinricvs, rex Romanorum, ducendae vxoris cauſa ad partes Appuliae profecturus, Dedonem ſecum proficiſci voluit, qui itineris iſtius aſperitatem et aeris qualitatem corpori ſuo, quia *valde pinguis* et *craſſus* erat, contrariam ſentiens, pro tollenda aruina, medico adhibito, *ventris inciſione* mortuus eſt. —

Marchio **) vſque ad finem vitae ſuae (1221.) non potuit ſe explicare, — donec, aemulis ſuis procurantibus, a quodam medico ſuo centum marcis argenti, quarum iam quinquaginta acceperat, corrupto, *intoxicatus veneno* ſibi *propinato* interiit. —

XXIX.

*) Ibid. p. 398. T. II. Menck. Script. Rer. Germ. Mirum et periculoſum pinguedinis tollendae praeſidium. Ferunt celebrem quendam chirurgiae profeſſorem, qui ſecando et vrendo quemuis oblatum petere vel iugulare ſolebat, etiam alicui homini pingui vel ſteatomate abdominis moleſtato ventrem incidiſſe, non quidem ſeruandi, ſed donarii et currus promiſſi cauſſa, etiam ſi de morte inferenda certus eſſet.

**) Ib. p. 403.

XXIX.

ERPHVRDIANVS ANTIQVITATVM VARILOQVVS *).

In Erphordia quidam adolescens *non habens brachia*, *nec manus*, comedit et consuit cum pedibus. —

Dum **) quinque *fatuae virgines* precibus — non possent gratiam consequi, marchio *ira* commotus recedebat. — Quare furens per quinque dies quinto die subito mane primo dicit marchionissae, surge, fac escas praeparare. — Marchionissa, quod iussum erat, adimpleuit. Post horam rediens dominum suscitando, vt diuina audiret. — At ille *oculos aperuit*, *loqui nil valens*, *morbo apoplexiae* factus, in quo per tres annos et dimidium laborauit. —

Eodem anno (1337. ***) natus est *puer cum duobus capitibus*, — mortuo vno capite, aliud per .... superuixit. —

XXX.

*) Ibid. p. 489. T. II. Etiam Cardan. (De Subtilit. L. XVII. p. 622. ed. Basil.) meminit hominis brachiis destituti, dextro pede hastam vibrantis, collimantis, vestem suentis, edentis, scribentis, in acum filum immittentis.

**) Ib. p. 500. T. II. a. 1322. Ex ira apoplexia imperfecta, ex apoplexia resolutio neruorum demum internecina, *fatuae virgines* i. e. meretrices.

***) Ib. p. 504. Puellam bicipitem, corporibus a tergo concretis, visceribus singulorum integris, memorat N. Bidloo in Act. Erud. a. 1706. p. 59.

XXX.

GEORGE SPALATINVS.

Poſtridie *) conſilio medici doct. Heinrici Stromeri Avrbachii exectus et exenteratus eſt. (Friderichvs) Inuenti ſunt *in felle* eius, quod mireris, *tres lapilli* diuerſae magnitudinis. *In dextero* etiam *rene* admirandae magnitudinis *lapillus* ſic orificio oppoſitus, vt optimo principi facultatem meiendi ademerit. Splen pene computruerat, corruptum erat etiam iecur, veſica prorſus inanis inuenta eſt. Deinde corpus lotum conditurisque aromaticis clauſum eſt capulo picatumque. —

XXXI.

CHBONICON SAMPETRINVM **).

Anno domini 1274. imperator Conſtantinopolitanus, Baldewinvs, quosdam nobiles

*) *Chronicon* ſ. *Annales* p. 644. Recentiores medici plures id genus caſus narrant, in quibus calculi fellei et renales ſimul aderant. Cf. etiam Cardan. De Rer. Variet. VIII. c. 44. p. 434. et p. 444. ed. Lugd. Medicus is eſt, a quo domus Aurbachiana Lipſienſium nomen habet.

**) *Chronicon S. Petri vulgo Sampetrinum Erfurtenſe* T: III. Menck. Script. Venenum ex arſenico, hinc mors citiſſima. Nuperrime tentata ſunt veneficia cremore lactis (v. Pitaval *Rechtsfälle, überſ. von* Franz. *B.* 4. *S.* 19.) et potione medicata ib. p. 24. et 26. 28. ſeq.

biles inuitauerat fecum ad menfam fuam liberaliter ad prandendum. Sed haec extrema gaudia luctus occupauit. Nam in ipfo eodem prandio imperatori *acutiffimum ac mortiferum venenum* propinatum eft, de quo tam ipfe, quam alii, qui fecum epulabantur, comedentes communiter *intoxicati eodem die mortui omnes* carnis debitum perfoluerunt. —

Eodem anno (1290. *) dominus RVDOLPHVS, archiepifcopus Salczburgenfis, *morbo apoplexiae* mane poft miffam fubito praegravatus decubuit, omnium membrorum et maxime linguae officio deftitutus, qui tertio die periit. —

Cum **) dictus tyrannus (Soltanus) ea, quae mente conceperat, etiam opere fatageret adimplere, quidam de baronibus eius, qui dicuntur amirati, quem olim turbauerat, *venenum fub fella equeftri virulento ferpenti* fubtiliter propinauit, qui mox acerbo vifcerum dolore afflictus de temporali poena tranfiuit ad aeternam mortem. —

XXXII.

*) Ib. p. 297. A plethora commota et refrigeratione videtur apoplexia fanguinea nata effe.

**) Ib. p. 299. Fuit fine dubio arfenicum ifthoc venenum, fed definire non aufim agendi nocendique rationem. Videtur vero ifta venenandi ars medio aeuo ita effe exercita, vt mille occidendi viae paterent, neque amicus ab amico tutus effet. *Admiratus* i. e. praefectus claffis.

XXXII.

JOANNES LATOMVS *).

Celebrauit b. Anno Moguntiae miſſarum ſollennia. — Iacebat autem quidam Bardonis miniſter apud ſepulchrum domini ſui *totus contractus et debilis*, ita, vt membrorum officio prorſus eſſet deſtitutus. Finito ſacro, intuens Anno in miſerum, clara voce ſanctum Bardonem compellabat, vt ſanitati reſtituendo hunc famulum ſuae virtutis et meritorum efficaciam declararet, quam in aliorum curatione toties teſtatam feciſſet. Tum nulla intercedente mora, aeger *in pedes* repente conſiſtit, *absque fluore ſanguinis* aut *neruorum dolore*, integrae ſoſpitati redditus eſt. —

Tanta **) vero proſperitate et pace diu noſtris Germanis frui non licuit, quod hunc im-

*) *Joannis Latomi Catalogus Epiſcoporum et Archiepiſcop. Mogunt.* T. III. Mencken. Script. Rer. Germ. Quatenus curatio per miraculum facta eſſe dicitur, equidem nihil moror. Neque vero ad contracturam pertinet fluor ſanguinis et neruorum dolor. Quae ſi vera erat, multum valuiſſe videtur phantaſiae vis et ſpes ſanationis certiſſima.

**) Ib. p. 527. cf. quae ſupra monui. Idem illud narratur in *Erphord. Antiquit. Varioloquo* p. 499. T. II. Veneni propinandi auctor fuiſſe dicitur Clemens papa, Bernardvs vero religioſus teſtibus idoneis excuſatur. Acutus dolor et ab vrgente dyſenteria, et ab arſenico dato fieri poterat, hinc forte orta

imperatorem (Henricvm) Italia abſumeret, vbi poſt coronationem ſuam et aliquot inſignes vrbes ſubactas *dyſenteria* moritur, plurimis *in ſacra euchariſtia* ipſum *intoxicatum* affirmantibus. —

XXXIII.

BRODERVS BOISSEN *).

Anno 1338. paſſim in illis oris, quae mari alluuntur et a Friſiis habitantur, *pluuiae et imbres* tribus fere annis continuis effluxerant, quibus ſegetes propter nimiam humoris abundantiam putreſcebant, et ne prouenirent, impediebantur. Hanc coeli intemperiem tanta annonae caritas ſubſecuta eſt, vt paſſim homines fame contabeſcerent, ſed et ariſtae, quae in locis editioribus creuiſſent, aere puro et loco patulo propter pluviam continuam ſiccari non potuerunt. — Quibus de cauſis fiebat, vt homines alimentis deſtituti paſſim extinguerentur. *Vermes* etiam multis *in ventriculo* generabantur, qui mortuis ex ore magna copia ſerpebant. —

XXXIV.

orta eſt hiſtoricorum in ſtatuendo diuerſitas. Verum enim vero et arſenicum datum ſequitur dyſenteria.

*) *Chronicon Slesvicenſe* p. 609. T. III. Menck. Script. Eandem caeli inclementiam, eadem ſymptomata narrant ſeriores medici de *conuulſione cereali*, ſub qua vermes aderant, (v. Tavbe *Geſchichte der Kriebelkrankheit. S.* 134.) epilepſiae auctores.

XXXIIII.

ENOCHVS WIDEMANNVS *).

Vidua (Ottonis a. 1290.) superstes, femina per aetatis florem procax et insolens, cum Albertvs, Burggrauius Noribergensis, se nuptias cum ea celebraturum affirmasset, dummodo absque quatuor oculis esset, amoris in Burggrauium furore acta, *infantes* nondum *bimulos nouo mortis genere* interemit. Namque maioris *acus cuspide crania* paruulorum *perfodit*, vt, cum nulla vulneris aut cruoris esset suspicio, morbo mortui crederentur. Sed proditum tandem facinus. —

Annus 1545. nobis **) fuit pestilentissimus. In his calamitatibus Erhardvs Ionat atro-

*) *Chronicon Curiae* p. 666 1. T. III. Menck. Script. Haec infantis occidendi ratio ad occultas et in fraudem legis excogitatas pertinet, hinc a physicis fere negligitur. Prima facinoris nota est sugillatio fonticulo affixa et in profundum demersa. cf. Metzger *Gerichtl. Arzneywiss.* S. 307. et 309.

**) Ib. p. 755. Neque nostris temporibus in desuetudinem abiit istud vafrum accelerandae mortis consilium, quod magis ad carnificem, quam ad medicum pertinere, ab omni humanitate alienum esse videtur. Hoc enim est occidere, naturae opus praeoccupare. Memini etiam vetulae suadentis, vt apoplectico quies aeterna citaretur, puluinaris subductionem vel inuersum tegulae situm. Cf. Casp. Qvestelli Diss. de puluinari morientibus non subtrahendo, Jen. 1698.

atrocissime cum affectis hominibus egit. Qui cum illorum suscepisset curam, ne vni diutius assideret, sed vt eo plus lucraretur pecuniae, alios *puluino iniecto*, alios *eliso gutture suffocauit*, aliorum etiam capita inter cruciatus parieti impegit, et postea pecunias eorum diripuit, cum feminis peste laborantibus, imo vero cum cadaueribus eorum nefanda exercuit. —

XXXV.

STANISLAVS SARNICIVS *).

Tum temporis Romae Imperator (Otto III.) sedandis Crescentii seditionibus commorabatur. Fuit illa commoratio Romae Caesari huic exitiosa. Sublato enim Crescentio, cum eius vxore consuesse dicitur, ad extremumque eam sibi vxorem fore fertur ei promisisse. Quod quia non praestitit, *venenum* ei *in chirothecis*, quas Roma discessuro dona-

*) *Stanislai Sarnicii Annales siue De origine et rebus gestis Polonorum Libri octo* a. 1587. p. 225. Ed. rarissima, recus. in Dlvgossi Hist. Polon. T. II. p. 826. seq. Auctor vero vnus e praestantissimis Polonorum historicis est. Ad venena lenta referendum videtur isthoc scelus, occulta est veneni actio *per chirothecas*. Videtur etiam venenum *per tunicam* corpori adactum fuisse, si Hercvlis miserias ab Deianira illatas animo repetimus. De quibus v. Ovid. Heroid. Epist. 10. *Scribenti nuncia venit Fama, virum tunicae tabe perire meae.* — *Illita Nesseo misi tibi texta veneno.*

donauit, mulier iſta obiecit. Aculeo igitur veneni laeſus imperator confidebat ſe opem a diuo ALBERTO — citius relaturum. —

Fuit BOLESLAVS *) habitudine corporis ſatis firma, vegeta et laborum patiente, colore fuſco, ſtatura mediocri, *os* ei *carbunculus* ab ineunte adoleſcentia *diſtorſerat*, atque inde Kriuouſtii cognomen habuit. — In ſequenti die grande conuiuium inſtruxit. (CAZIMIRVS **) Feruente conuiuio, — nonnulla de immortalitate animae atque caelitum beatitudine non inepte in medium protulit. — Deinde *hauſto* mediocri *poculo*, ſubito concidit, et paucis horis animam exhalauit. Subitusne *morbus* eum inuaſerit, an *venenum* a muliercula, quam deperibat, *praeparatum* hauſerit, incertum eſt. Nam et hoc ſermone diuulgatum fuit. —

*) Ib. p. 245. Solet carbunculus ſubter cutim ſedere ac muſculos grauiter offendere. Rarior eſt carbunculus oris, crebrior ceruicis, ſcapularum et dorſi.

**) Ib. p. 257. Poteſt hoc in caſu vtrumque ſtatui, mors apoplectica vel venenum hauſtum, ſi ſeculi mores reputes, et auctorem ipſum p. 260. audias. *Hac tempeſtate*, inquit, *propinantur et toxica, obiiciuntur venena ſenſibus tactus, guſtus, viſus, ſuperſtitibus et adhuc ſpirantibus.* Etiam ALBERICVS (Chronic. ed. Leibnit. p. 152.) memorat VICTOREM Pontif. *calice veneno infectum*, alii hiſtorici *profluuio ventris* et *dyſenteria mortuum referunt.* Et p. 150. dic. ALEXIVS *Imp. notis artibus toxica vel fluminibus, vel cibis, vel veſtibus infundens.*

Altero poſt maritum anno (1243.*) obiit HEDWIGIS. — *Corpus* eius, quod *croceum*, dum viueret, propter rationem victus duram atque tenuem aſſiduaque ieiunia fuerat, poſt mortem inſolito *ſplendore* coruſcare fertur. —

Pruſſia tum (a. 1285.**) *vermes* caudis cancrorum conſimiles produxerat, qui quoscunque aculeo pupugiſſent, intra tertium diem extinguebant. —

Conſecuta eſt *peſtis* (1349.***) exitialis, quae miſeros mortales paſſim abſumebat, et in quintum diem prolata *carbunculis* et *apoſtematis* enecabat. — Non modo in ipſa Polonica, ſed in aliis quoque prouinciis eadem lues inualeſcebat. —

XXXVI.

*) Ib. Lib. VI. p. 277. Color cachecticus, quem ſibi abſtinentia et pietate aſſidua contraxerat, ſolet ſub actu mortis in pallidulum cereumque tranſire, hinc natus videtur ſplendor miraculoſus.

**) Ib. Lib. VI. p. 292. *Scorpio europaeus*, vt videtur, ictu occidens. cf. Act. Nat. Cur. Dec. III. a. 1. obſ. 20. et CAMERAR. Memorabil. Cent. 17. Part. 43. et 48. Omnes eius ſpecies venenato ictu nocere atque laeſos occidere, niſi praepediatur inflammatio, conſtat. v. LINNE *Lehrbuch über das Naturſyſtem, ſo weit es das Thierreich angehet*, B. 2. S. 393.

***) Pertinet hic locus ad famoſam et internecinam peſtem, quam copioſe ac late deſcripſit Cl. SPRENGEL. v. *Beyträge zur Geſchichte der Medicin.* B. 1. St. 3. S. 36. ſeq.

XXXVI.

ALBERICVS *).

DODO **), interfector faucti LAMBERTI, peffimo languore cruciatus, *a vermibus* confumitur, et ob intolerantiam foetoris in Mofam fluuium demergitur. —

Non multo poft (GENGVLFVS ***) — in fua domo occifus eft a quodam clerico, qui cum fua coniuge adulterare folebat. Cuius corpus cum in feretro ad fepulturam portaretur, multi infirmi de tactu illius fanati funt. Dumque hoc illius vxori referretur ab ancilla fua, — irridens illa et fubfannans refpondit, ita GENGVLFVS miracula faciat, vt anus meus

cantat.

*) *Alberici monachi trium fontium Chronicon e MSctis nunc primum editum a Godofr. Leibnitio. Leipz.* 1698. Vixit feculo XIII. cum porrigatur hiftoria vfque ad a. 1241.

**) Ib. p. 68. Videtur morbus recrudefcere in Gallis cisrhenanis.

***) Ib. p. 102. De miraculo, quod dicam, non habeo. *Turpes ab ano foni* iidem funt, qui *crepitus ventris* Lat. et *bombi* Syftem. Forte laborauit *flatulentia hyfterica* SAUV. forte etiam *aedopfophia vterina*, cum non defint hyftericae, in quibus *garrulitas vuluae* (v. MARTIAL.) adeft a quocunque corporis motu, nixu vel inclinatione. Mira eft paffio per ambitus, cum in viri memoriam rediret, folet vero phantafiae vis, angor et metus ita laxare fphincteres velutique rumpere repagula, vt aluus et flatus inuitis exeant. Memini matris lugentis filiolum mortuum, quae, quoties cubiculum intraret, in quo eius imago fufpenfa haerebat, quafi infcia et inuita ad exonerandam aluum compellebatur.

cantat. Moxque *ab ano* ſuo *turpes ſonos* et numeroſos, vellet nollet, coepit *emittere*, quod ei poſtea contigit omni vita ſua in ſexta feria, vt, quotiens in eadem feria, in qua vir eius martyr effectus eſt, aliquod verbum ab ore proferret, totiens ab ano turpem ſonum redderet. —

Fundauit *) eccleſiam — in monte Leodii — eo, quod b. MARTINVS ipſum *a morbo lupo, qui gallinas comedit*, miraculoſe ſanaverit. —

Dominus**) HERMANNVS — a prima fere aetate *a renibus* deorſum *contractus* et toto vitae ſuae tempore ambulandi vſu priuatus — hoc dei flagellum patientiſſime tulit. —

Vnus ***) eorum, ARNVLFVS DE ARSLATH, dum *manus* ſuas *confricaret*, magno omnium miraculo, *ſine* aliqua *vulneris aut vlceris laeſione*, *ſanguis ab eius digitis fluere* viſus eſt. —

HENRICVS ****) Imperator Aquis — *morbo draguncuti, qui ſibi erat natiuus*, moleſtari coepit,

*) Ib. p. 1. a. 960. *Morbus lupus* eſt vel carcinoma cruris, (DU CANGE Gloſſar. p. 463. T. IV. et BERNSTEIN Pract. Handbuch S. 81. B. 2.) vel *hydrophobia ab lupo rabioſo* illata, de qua proprie quaeritur.

**) Ib. p. 104. *Contractura paralytica* SAUV.

***) Ib. p. 227. A fricatione ſanguinis aditus, hinc haemorrhagia per anaſtomoſin.

****) Ib. p. 249. *Dracontion* Graecorum, *Dracunculus*, *Drauculus morbus*, (ap. DU CANGE Gloſſar. p. 226. T. III.) qui (Hugoni) *ei natiuus erat*, *a capite*

coepit, propter quod et ibi aliquot dies remoratur, deinde Neomaciam venit, ſed cum poſt dies languor increſceret, tandem feria quinta in pentecoſte vitam cum regno amiſit. —

S. Gvilelmvs (a. 1141. *) paullo poſt deceſſit *veneno in calice* ad miſſam *infecto*, cui oblata fuit theriaca, ſed ob reuerentiam ſacramenti noluit recipere. —

Duodecimo **) calendas Februarii *lupus venenatus* et *inſanus*, qui intra corpus ſuum habe-

pite deſcendente, facies eius intumeſcere coepit, et paulatim procedere vſque ad locum cordis, item *Vena Medinenſis.* Arab. (Velsch. Exerc. de vena Medinenſi ſ. de dracunculis veterum, Aug. Vind. 1674. Fuchs Comm. de dracunculo Perſarum ſ. Vena Medinenſi Arabum, Jen. 1781. quem etiam attigi Morb. Antiquit. Sect. II. n. 10. p. 216. ſeq. et Act. Acad. Mogunt. a. 1777. n. 16. p. 257.) eſt inflammatorius a gordio Linn. ſubter cutim nidulante natus. Dubius haereo de hoc morbi genere, Nigritis proprio. An *albaras nigra* Arab. *vermus canis*, (Doglioni Coſe notab. di Venet. p. 23.) *ſerpigo, ignis volagius, derbia, zerna* Arabiſt. ſit, definire non auſim, etſi hoc proxime a vero abeſt, cum medio aeuo lepra eſſet commune vitium. Cf. Sprengel ad Perenotti p. 357.

*) Ib. p. 272. Theriaca commune venenorum antidotum, de quo vid. Silvatici De Compoſit. et theriaca L. II. Frft. 1600. L. II. c. 3. p. 292. recuſ. ab Erasto Exam. de ſimplicib. Lugd. 1607.

**) Ib. p. 272. Hydrophobiae ab morſu lupi rabidi exempla v. ap. Andry P. III. p. 133. in Hiſt. de la Societé de Medec. a. 1776. Palmar. De Morb. Contag. c. 1. p. 267. ed. Pariſ. lupi rabioſi renes vermium plenos refert Portal *Bemerk. über Nat. u. Heil. der*

habebat tres colubros viuos, consuetas latebras linquens rura petiit, et innumeram multitudinem porcorum, ouium, canum et armentorum morsu venenato extinxit. Postea vasto impetu homines inuadens plus, quam duodecim morsu suo multauit, quorum quatuor misera morte defuncti sunt, septem vero ante obitum suum *nullum liquorem videre vel gustare potuerunt.* Tandem a quatuor viris fortissimis comprehensus et euisceratus fidem malitiae suae de colubris patefecit. —

ALBERTVS DE CVK *) a Roma regressus consecratus Episcopus Leodium intrauit — modo receperunt, *febribus quartanis* et *aliis languoribus* conquassatum. —

Rex **) Hungariae, BELA, *moritur in coena domini*, de cuius potionatione contra quendam episcopum Alanum orta fuit suspicio. —

De obitu magistri MAVRITII, Parisiensis episcopi, refertur, quod ante mortem suam tam

d. Wuth. c. 4. p. 41. An his consimiles colubri? Frigus rabiem videtur induxisse, vt ap. LAYARD *Versuch üb. d. Hundsb.* S. 14.

*) Ib. p. 408. Ab varia caeli intemperie ac mutatione febres intermittentes oriri posse inter omnes constat.

**) Ib. p. 408.

***) Ib. p. 408. Recentiores medici vocant hunc animi statum inter vitam et mortem velut intermedium *asphyxiam*, sed non satis bene. Exempla talium hominum, in quibus omnis vita abesse videbatur, qui semimortui audire et velut intra se sapere poterant, retulit collega nostras, cl. HVFELAND *Ueber*

tam grauiter infirmatus eſt, vt materia rapta in cerebrum ſenſum ſubtraxerit, et in tali defectu poſitus, cum corpus domini cum inſtantia poſtulaſſet, et qui circa eum erant, *propter ſenſus inopiam* illud ei dare non auderent, procurauerunt cum ſacerdote, vt hoſtiam non ſacratam apportaret. Qui cum veniſſet — mox vt limen domus ſacerdos attigit, epiſcopus clara voce clamauit: Tolle, tolle, non eſt deus meus. Reuelauerat dominus auriculae eius, vt intelligeret, quid circa ſe ageretur. — Sic in bona conſcientia plenus fide et charitate migrauit ad dominum. —

GALO *), vexillo ſuperius inclinato, auxilium reuocabat. Quidam armiger — ſponte ab equo deſcendens ſe pro rege ictibus opponebat. — Ante oculos ipſius regis occiditur STEPHANVS, miles probus, *cultello in capite percuſſus longo, gracili, tria lamello,* quem *falſarium* nominant. —

Monachus **) Malmesberiae, EDMERVS nomine. — Is erat literis bene imbutus, aeuo matu-

Ueber die Ungewiſsheit des Todes, Weim. 1791. S. 35. *f.*

*) Ib. p. 480. Vulnus abſolute letale. *Cultellum falſarium* explicat DU CANGE Gloſſar. p. 467. T. III. per *ſicam*, pro *trialamello* leg. *trilamello* i. e. tribus lamellis acutis conſtante.

**) Ib. p. 106. De arte volandi nuperrime multa in variam partem ſcripta ſunt, ex quo fratres MONGOLFIERI aliique talia auderent. Veteres mechanice, recentiores chemice caelum attingere atque metiri, per ſtadia volare aeremque nauigare auſi ſunt. EDME-

maturus, qui immanem audaciam in iuuentute conatus fuerat. Nam pennas in manibus suis et pedibus, nescio, qua arte innexuit, vt Daedali more *volaret*, fabulam pro vero amplexus, collectaque e summo turris aura, *spatio stadii vnius et plus volauit*, sed venti et turbinis violentia simul et temerarii facti conscientia *tremulus cecidit*. Propter hoc *debilis*, *crura effractus*. Ipse vero ferebat causam ruinae suae, quod caudam in posteriori parte oblitus fuerat adoptare. —

Anno DCCCXL. Lvdovicvs Imperator ad mortem infirmatur, cuius cibus per quadraginta dies solummodo die dominica dominicum corpus fuit. Cum *vidisset daemonem astare*, dixit, *buez*, *buez*, quod significat *foras*, *foras*.—

Anno DCCLXVI. Sarracenis **) Beneuentanam regionem incursantibus, Lvdovicvs Imperator viriliter occurrit. Ad cuius auxilium Lotharivs, frater eius, properans multa quidem praelia cum eo strenue gessit, sed exercitu suo *propter intemperiem aeris morbis et morsibus aranearum* aggrauato cum multo ispendio suorum rediit.

Edmervs metu tremulus cecidit, *crura effractus* audaciae crimen luit, Rozier cum socio, vt quondam Phaethon, *voluitur in praeceps*, *et magnis excidit ausis*.

*) Ib. p. 177. Ab abstinentia debilitas neruosa, a debilitate delirium, hinc daemonis phantasma.

**) Ib. p. 194. *Morsus aranearum* i. e. ictus tarantularum, de quo v. Baglivii Diss. VI. p. 599. seq. ed. Lugd.